



g. 10

Repetit. Recensio eqy
Anno M D X X I I I

IACOBO LEMPO CHRISTIANÆ THEOLOGIÆ
antesignano Jacobus Spiegel Selestanus. S. P.

¶ Explanationem in nostri Ioannis Reuchlini uiri probandi probe a
probis scœnica progymnasmata, quam oceanus tumultuanter cōportauit
bi di care constitui, quem & studiorum & studiosorum amantissimum, &
ueluti præcipuum florentis huius scholæ aurigā & anchoram a plærisq;
omnibus optimis dīci, nominari & reuerenter etiam obseruari cognoui.
Nam tu hic absq; controuerſia es haberisq; cuius omne studium ad augi-
ficandam rem literariam o ptimos quoq; mores constituendos diesq; no-
tisq; contendat, externos dīligis & fous mirum in modum, nihilq; æque
curas, quam de bonarum literarum cultoribus optime mereri, hoc solatiū
hæc uita, hæc uoluptas tua maxima, quos autem tu colis bonarum litera-
rum cultores, sunt in primis nunq; satis laudatae philosophie, apollineq; me-
dicinæ, sacrorum canonum & legum ac supereximiae christianæ ueræq;
theologiq; professores, eorundemq; alumni. Si quidem q; his literarum cē-
turiis non clauditur nugiendum, futile & probatis moribus alienū. His
igitur immortalibus nobilissimi animi tui dotibus prouocatus, intrepide
ausus sum exanimi & libræ tuæ hæc mea explanatoriū generis scripta sub-
mittere, quæ si ad stomachum tuum facere perspexero, attimum meum,
olim sibi redditum, & excultum, ad ampliora excirabis, te enim iudicem
tanti facio, quanti fieri debet doctissimus & maximus censor. Vale decus
theologorum, præsidium pontificalis disciplinæ, unicū & rarum nostris
in oris scoticæ non tam subtilitatis q; ueritatis exemplum, ac nobile inge-
nuorum studiorum columē. Tübingeræ ex ædicula nostra philosophica
xxiiii. Ianuarii. M. D. XII.



PROLOGVS

II.

Nouus poeta sentiens actoribus
 Spacium deesse temporis, quo se parent,
 Vertit statim quam fecerat comediam
 In ludum anilem, quem uocat progymnasmata,
 Nec arguento nec stylo sublimia

IN IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS SCÆNICA

progymnasmata Iacobi Spiegel Selestani explanatio.

Christe faue uotis, qui mundum in morte iacentem

Viuiscare uolens, quondam terrena petisti,

Cœlitus humanam dignatus sumere formam

Sic aliena gerens ut nec tua linquere posses

Licet enim uersibus eisdem mihi auspicari lector integerrime, quibus ille
 uir magna cū re & fidei plen^o Cœlius Sedulius presbyter in psalchali suo
 opere, quod in decretis canonicis insigni laude profertur, dist. xv. c. Sæcta
 romana superbene*dicti* christi uitalem fauore implorat, sine quo nihil rite
 nihilq^{ue} prouidenter inchoatur. Is nanc^q uirtutis suæ magnitudine Iustinia
 no auctore. l.i. §. Quod nemo. C. de vet. iu. enucle. & res penitus despera-
 tas donare & confirmare potest.

Prologus
Prologus 2
 ¶ Nouus poeta. Prologus a prologio differt. Nam prologus est ubi
 poeta excusatur aut fabula commendatur. Prologium uero cum tantum

Prologus 3

argumentum describitur, qui primus auctore Aristotele personas in scæ-

Prologus 3

nam producerit, prologos confinxerit, & per histriones fabulas represen-

Nouus

tauerit ignoratur

Nouus. Nam qui hoc scribēdi genere germa-

nis intentato, nedum desito claruerit, alium vix reperiri credam. Non est

autem hoc prætereundum nouos homines quorum apud Ciceronem fre-

quēs fit memorīa appellatos, quorū maiores non fuerunt in magistratu.

Et romani eos qui generis gloria carentes seip̄lis initium caperent nomi-

nis sui nouos homines appellabant. Ex Plutarcho, a nouo fit nouellicus

& nouellus, rursus a nouello nouellum. Sic enim latine & pure dicitur

uinea nouis uitium propaginibus renouata in ff. de impensis in reb^o do-

talib^o mēdū est in his ybis ueluti si nouellū factū actū sit, ubi legēdū est no-

uellētū. Sicut queretū & castanetū loca querubus & castaneis consita.

Nouellare est nouerū pangere. Nouale aut̄ ager nūc primū præcisus secū

dū Hieronymū, at in emunitaribus seu priuilegiis de nō soluendis noua-

liū decimis nouale intelligitur ager de nouo ad cultū redactus, de quo nō

extat memoria q^{ue} aliquādo cultus sit, ut traditur ex. de uer. sig. c. i. & c. qd

per nouale. Poeta. a faciendo deducūtū, græci facere fingere pingere

uno uerbo ποίειν enunciant, ut appetat poetā facit pro singit græco mo-

re usurpasse, dum Hēno inquit mea uxor ut nosti se pauperem facit semp

A ii

Nouellieus
Nouellus
Nouellū
Quercetum
Castanetum
Nouale

Poeta
Poeta

PROLOGVS

Poemā

Poētis

Spacium

Ludij

Habitus
scenariorū

Ludionis

Comœdia
græca

Mimica

Fabula Pallia

Togata

Tabernaria

Atellana

Atella rubi

Volvone

Planipes

Tragœdia

Comici

Satyrīci

Tragīci

Tragœdia

Satyrā

Differentia

Poetica ars scribendæ poëseos. Poema pars operis, ut descriptio armorū Achillis. Poesis cōtextus & corpus totius operis effecti, ut æneis. Marcellus Diomedes, alii, sed Donatus putat poesim esse unū carminis plures libros, de poetis copiosius & in secundo & tertio choro. Spacium, qd nō solum ad locum, sed ad tempus quoq; refertur. Actoribus, personis, recitatoribus, qui ludii quoq; & ludiones dicuntur, qui distin. tutebatur habitu, ut alter ab altero dinosceretur, senibus candidū uestimentū dabant. Adolescentulis discolor tribuebatur, ad ostendendā ingenii sui mutabilitatem serui exiguo amictu contegebatur, pauperratis antiquę gratia, uel q exeditiores agerent. Parasiti cū intortis palliis ueniebant, laeto candidus, erum noso obsoletus, purpureus diutius, pauperi phœniceus uestitus dabatur. Militi chlamys purpurea, pueræ habitus peregrinus, lenoni pallium uarii coloris, meretrici ob avaritiam luteū. Comœdiā. Comœdia græca priuatam ciuilemq; uitam comprehendit, cui proprium est conuicia spargere, dicaces sermones & scurrilitates continere. Sed comœdia latina fere poesis mimica est, quæ & palliata fabula & toga & tabernaria & atellana & planipes. Qui scribunt comici dicuntur, ut Sufarion, Eupolis, Aristophanes, Cratinus, Pherecrates, Menander, Philemon, Philisteon, græci, Enni, Plautus Accius, Neuius, Pacuvius, Terentius, Turpilius, Afranius, & reliqui, Mimica est sermonis & actus cuiuscq; imitatio citra reuerentiā ullam & factorum cum lasciuia repræsentatio. Palliata fabula quæ a græcis cōuersa comedie nomen tenet, & habitu græco repræsentabatur. Est em palliū græcorū amictus. Togata fabula in qua habitu romano siebat repræsentatio. Nam toga romanus amictus. Tabernaria per humiles personas repræsentabatur. Atellana dictis iocularibus & satyricis græcis similib⁹ fabulā peragebat, ab atella volscorū urbe dicta. Planipes mimica erat in qua nudis pedibus in scenam repræsentatores ueniebant, sed tragicī cum cothurnis & comici cum soccis. Est autem dicta comœdia ἡ πότερον κωμῳδία hoc est a uiico, uel ἡ τὸ τοῦ κέλευθος hoc est a comediatione, aut quod somni tempore (id enim κάμηλο significat) canentes diuitium iniurias memorarent. Illud quoq; minime prætereūdum q Comici Satyrici & tragicī omnes uno nomine comici appellati sunt, quoniam ex uicis in urbem eruperint, qui his dedere principiū. Ex in distributa scribentū ratio est ut comici seruos & humiles, Satyrici rusticos, tragicī diuites & reges describerent, ac sicut comœdia a uicis, aut a somno dicta. Tragedia ab hirco aut a fece ita satyra a satyris hoc est rusticis illotis & petulantibus est appellata, uel a satyra lance, quæ referta uariis multisq; primitiis in sacris inferebatur. Inter comœdiā & tragediā hoc interest, q in tragediā heroes, duces, reges introducuntur in comœdiā humiles & mediocres hominū fortunæ. In tragediā timores magni exprimuntur, in comœdia parui & humiles impetus. In tragediā tristes exitus & funestū habentur, in comœdia uero læsi sunt exitus actionum, in tragediā tranquilla sunt prima & turbulentia, ultima econuerso.

PROLOGVS

III.

in comœdia. Fugienda uita in tragœdia exprimitur, in comœdia capescēda, in tragœdia s̄apieſ de historicā fide petitur, de fictis argumētis comœdia est, cothurnis in tragœdia, in comœdia soccis utimur. Ludum anilē Non eum qui ad homines leues, sed qui ad graues pertiner, comitate moderatum, quæ uirt⁹ ut non est apud philosophos postremi nominis, ita ap prime in uita homini utilis, Hæc etem non patitur quempia in iocosis reb⁹ abundare nec deficere sed mediocritatem secundum prudētiae determinationem seruare, omnī pariter circumstantiarū rationem habere, licet em̄ interdum ioco & ludo uti, modo modū seruemus, & ad seueritatem & grauiora studia, ad quæ nos natura genuit redeamns. Progymnasmata. Progymnasmata, præexcercitamenta, planipeda puerorum γυμνὸς græciū est uerbum quod significat nudo, hinc γυμνός nudus, gymnas gymnadis nuditas, gymnaſies præceptor exercitiorum, gymnasium exercitium dicitur. De gymnastica quæ corpus format Socrates & Plato plura scripserunt, & Aristoteles noster eius meminit duobus capitibus ultimi politorum. Et græci auctore Fabro circa eandem instituerunt plurimum, nostrorum uero qui de ea re scripserit, rara extant monumenta, quāquam & gymnasticam in observatione habuere. Tradunt mollia exercitia, ut illiberalia damnanda, item uiolenta, moderata uero & ad fortitudinem & alia uirtutum munia in futurum exequenda adolescentibus committēda erunt. Cæterū comœdia aut ab alicuius nomine personæ appellationem sumit, ut Phormio, aut a loco ut andria, ut a facto ut asinaria, aut ab euētu ut θεωτὸν πηγαρούμενος. Nec argumento. materia. Cicero, quoniam nullum scribendi argumentum mihi reliquum est. Idem pro secentia secundo officiorum. Tamen Argumentum bulæ uero nouæ quid habent argumenti? Materiam cuiuscum rei uoluntum dici argumentū, quod est aut omnino uerum ut historicum, aut uerisimile ut comicum, aut neutrū ut figmenta mendacia commenta poetarum.

Nec stylo. charactere, compositione. Stylus ferrum acutū quo pugilla:ribus scribitur, quod graphium appellamus. Styl⁹ autem sicut docet Hieronymus in expositione psalmorum scribit in cera, calamus in charta membranae aut in quacunq; materia quæ apta sit ad scribendum. Graphiarium uero & theca graphiaria accipitur pro repositorio & loculamento graphiorum, ex annotationum Beroaldinarum libro, quo latius ea de re explicat⁹ est. Sæpem numer o tamen stylū pro compositione accipiūt scriptores, unde Quintilian⁹ probat stylum & tardum & diligentem. At Donatus uoluit stylum uerbis, orationē sensu constare, quod nisiego fallar haud quaquam obseruatum uideo, nec me præterit quid de ueterum stylo ex Augustini & Hieronymi sententia Crinitus notauerit, qui uideri potest.

Sublimia. Nam qui de sublimibus altis & magnificis rebus ut de dei he Triplex styroum, regum, principumq; clarissimis factis debite tractare uolunt, utuntur altiloquo seu sublimi stylo. Qui uero loquuntur de humiliis rebus ut de iocis, scommatibus, de pastorum uiliumq; personarū factis, gracili seu hu-

A iii

Ludus amiles

γυμνάσιον

Argumentum

Stylus

Graphiarium

Quintilianus
Donatus

PROLOGVS

mili stylouuntur. Qui uero de mediocribus mediocri. Erat autem olim tamen populari & protrito sermone comedie scripta, quod populares dicti sunt poetae comici, & sic circa quidam comedie nec ne poema esset quiescere, ut est apud Horatium in arte.

Nam uxoris aes reconditum uir inuenit
Ac subtrahit, seruo remandat improbo
Idem furatur atque iuri silitur
Astu aduocati, ipsum aduocatum decipit
Non est soluta oratio, sed uinculis
Iambicis trimetris ligata comice

Aes

Vxor di-
cta

Nam breuiter & compendiose refertur argumentum, quod non est de substantia comedie, & ob id obiter & perfunctione rectandum, non expedit enim populo euentum rerum aperire, alioquin enim statim aufugeret uisus quibusdam partibus, nec finem expectaret, sicut nunc quando defuderio finis uidendi & dubii exitus sciendi detinetur. Aes. scili. octo aureos. Vlpianus. Etiam aureos nummos aes dicimus. ff. de ver. sig. l. etiam. Aes apud antiquos in magno precio fuit, unde & Numa collegium tertium fabrum aerarium instituit, & inde militum aeraria & aerarium tribunisque aerarii & oberrat cognominantur. Plinius. Qui tradit aes inuentum in cypro insula. At Aristoteles conflare ait Lydum scyham docuisse, quia uero signatum est aes nota pecudum, pecunia appellata est, quod & hodie promiscue scriptoribus pro omni metallo usurpatur. Aerarium erat quo publica pecunia praefectos referebatur, sicut fiscus quo principis tantum. Est apud iurisconsultos memorabilis titulus de iure fisci, penultimo. ff. libro. Aerarii tribuni a tribuendo aere quibus tributae erat pecunia quam militibus redderent, quod aes militare dicebatur. Varro. Milites ipsi aerarii dicti sunt, quod stipendum facerent. Aes quoque stipem dicebant. Inde stipendiarii nuncupati qui stipendum hoc est tributum pendebant, qui alio nomine uectigales dicebantur, hinc milites qui stipendum accipiunt, rectius mercenarios appellamus quod stipendiarios. Vxor. dicta est uxor quasi unxor, eo quod non uae nuptiae euntes ad maritum portas adipe lupino ungebant, ne quid malum medicamentum insertur. Plinius. Erat quondam græcis lege constitutum ut uxores precio compararet, quod posterior aetas immutauit. Decet enim antiquos mores instituta atque ipsas leges cum melioribus si inueniantur commutare, res iureconsultis non ignota, & ab Aristotele longo ante tempore sexto secundi politicorum capite explicata. Reconditum. repositum, penitiore ioco defossum, sepultum. Vir maritus. Nonnunquam per uirum marem simpliciter exprimitur, nonnunquam maritum. Teren, o miuir. Ac subtrahit. furatur, & sortenon iniuria.

P R O L O G V S

III.

Furta

nam ex sententia Plautini peculii probam nihil habere addebet clam uiro
quoniam uult id uel uiro subtractum uel stupro acquisitum. Furatur.
more seruorum. Seruius. Furta specialiter seruorum sunt, hinc pro seruo-
turem ponunt. Vir. Quid dominis facient audent cum talia fur es. Iuri sisti-
tur. in ius uocatur, ideo dictum, q̄ non tātum comparere quis debet, sed
etiam manere, quandoq; præsentare significat, ueluti præsentiam corpo-
ris exhibere. Iusticium dicendi iuris intermissio quasi iuris statio dicitur,
quod romani in rei publicæ calamitatibus edere solebant. Astu aduo-
cati. eadem calliditate, eodem dolo malo. Astu pro astute ponitur tunc
aduerbiū est, nunc uero sexti casus nomen, & sv græci uocant ciuitatem
hinc astutiae Astus quarti ordinis Astuti dicti quoniam qui in urbibus de-
gunt callidores sunt in agro degentibus. Decipit. fallit, circumuenit.
Aduocatū ipsum suum. quem ut dici solet suo sibi gladio iugular. Nec
enim iustior ulla est q̄ necis artifices arte perire sua, secundum Naso-
nem, Aduocatum patronum recte secundum Vallam & Beroaldum Ca-
taneum & alios. Nam aduocatus proprie accusantis id est actoris par-
tem agit. Patronus uero accusati & rei patrocinium & defensionem assu-
mit, alterum tamen pro altero usurpatur. Non est soluta oratio. nam
est prosa oratio id est pedestris, & uersa, & si id contra triuialium literato-
rumut Baptista Pius notat affirmationem cōtendat, in quo licet Pius ipse
& grammaticam rationem atq; auctoritatem sequi uideatur, ego tamen
ipse Pio scientiam attribuens populari usui concedam, secundum quem
sermonum aliis est a numeris prorsus ordine & mensura solutus, qui pro
saicis appellatur, aliis totus metricus, tertius autem est mixtus. Primo uti
mur uulgo, altero poetæ, mixto utuntur oratores, quinon poeticos sed su-
os numeros & pedes habent, de quibus apud Diomedem. Orationū aut
aliae sunt enūciatiuē q̄ & indicatiuē dicitur ut dialecticis cōstat. Aliæ sūt im-
peratiuē ut ferte citi flāmā, date tela, impellite remos. Aliæ dep̄catiuē. Par-
cite dardanidē de rot̄ p̄cor hostib⁹ uni. Aliæ optatiuē ut nec male parta
diu teneat, peiusq; relinquat. Exulet & toto querat in urbe fugā. Subiun-
ctiū q̄dā ut si queras ubi sit formosi mater iuli, apud poetas huiusmo-
di orationes crebrescūt, quas & non magno impendio etiā apud rhetores
inuenier, qui eorum libros aliquantulum tractare uoluerit, & haec sunt ora-
toriæ & poetiæ accommodatiōes q̄ ad suadendum & affectus mouen-
dos efficaciōes sint, sicut em aut rhetor aut orator suadere aut dissuade-
re, & poeta oblectare, aut cōmiseratiōe afficere, sic logic⁹ suis machinamē
tis uerum falsumue inuestigare totis uiribus cōtendit. Comice. ad mo-
rem comicorū poetarum, quorum nomina pro maiori parte ex Crinito
tam gr̄corū q̄ latinorum nuncupauit. Vinculis, nemo est qui ignorat
poetas metrica lege coḡ res uerbis accōmodare & non uerba reb⁹, q̄ fit
ut nunc laus tenuior insit, nūc ipsum uerum excedat. Vnde sermo solut⁹
ad epistles, ad orationes concinnandas, ad quotidiani sermonē, ad p̄fua-
siones ad exhortatiōes longe magis q̄ ligata oratio idoneus est & accom-

Astus

Aduocat⁹

Oratio

PROLOGVS

De metro modatus. Iambicis trimetris. præter choros qui concentu ac melodiam coguntur uariis esse pedibus, uerum quia hic de iambicis trimetris sermo incidit, nonnulla pro tempore de eisdem perstringere non fuerit absconū. Iam bicos & heroicos poetas scribit Aristoteles omnium fuisse antiquissimos, carmenq; iambicum primum tetrametrum fuisse. Qz autem iambicum ante heroicum fuerit, uel ex eo nobis inquit Aristoteles licet intueri, q; inter loquendum plura iambica nobis sponte sese offerunt, & neutriq; accessita suc currunt. Heroica uero q; rarissime, & ea ipsa summissius loquendi excedunt harmoniam. Metra iambica autem sunt monometra, hoc est quæ constat ex duobus pedibus simplicibus, uel dimetra, quæ senis concluduntur pedib;. Nam breuitas iambi efficit ut duo pedes pro uno habeantur, uel tetrametra ex octo, pentametra ex decem, hexametra ex duodecim. Sed pentametra & hexametra rarissime inueniuntur. Rursus metrorum aliud est propter desinentiam uel depositionem dictū acatalecticum. i. cui nihil deest, aliud catalecticum hoc est cui deest, aliud brachycatalecticū ubi syllaba uel tēpus deest. Hypercatalecticū uero ubi superest uel syllaba uel pes dimidiat, atq; his omnibus generibus comicū utuntur. Scribit Hephaestion iambicū metrū in regione impari, hoc est prima tertia quinta, aut si longius producatur septima nona. Nam quandoquidē apud comicos ad decem usq; pedes peruenire iambū suscipere, & per resolutionē longe syllabæ iambi in duas breues ibidē tribrachū admittere, etiā spondeū, ad tardandā iambi celeritatē, & per resolutionem spondei recipere ibidem anapestum & per resolutionem secundæ dactylum & per resolutionem triusq; procelematicū. In pari autem hoc est secunda quarta sexta, uel si longius euagat octaua & decima iambū tribrachū & anapestū. In fine uero propter ultimam indifferentem syllabā etiam pyrrhichium. Sciendū & illud quādo metrū acatalecticōn est, in fine iambū excipere solum, aut pyrrhichium, quando autem catalecticum iambū in penultima regione, aut perraro tribrachū Cæterum genera iambici merri quibus usi sunt poetæ plura perihētur. Nam ex his alia integrā, alia clauda, quæ scazona vocātur, quoq; differētiā penultima uersus demōstrabit. Nam si breuis fuerit erit rectū & integrū iambicum. Sin longa detumbe & claudū, huius repertor fuit Hipponax. Nam pro iambo inductis trochaicis contra legem trimetri iambici metrū innouavit, qd scazon appellauit. i. claudicans πέδη τριστολίθῳ id est a claudendo, q; quasi alienis pedibus in fine maxime sustentetur, & sic claudicit. Aduertendū tamē comicos trochaicis qnq; usus metris, de quibus hic superuacanū est referre. Sciant igitur adolescentes hoc scribendi genere septē quo modo ostēsum est pedes interuenire iambū ex breui & longa ut dies. Spōdeū duab; syllabis longis ut musæ. Pyrrhichīū quē allii dibrachū allii ægeona appellant, duabus cōstantē breuibus, ut pater, dactylū trium syllabarum, qui prima longa & duabus constat breuibus, ut secula, anapæstum quem antidactylū græci nominant, habet duas breues & unā longā.

PROLOGVS

V

ut domino, tribus brachium quem quidā brachis yllabum, aliū trochæon nō nulli pygmæona uel pygmaea, plerique etiam choreum tribus constante breuibus ut dominus, & procelesmaticum ex quatuor breuibus ut anitula, hæc ex philologo collegisse libuit, ne prætermitteretur quod hoc in loco referendum & studiosis utile futurum videbatur.

Optans poeta placere paucis uersibus.

Sat esse adeptum gloriæ arbitratus est

Si auctore se germaniæ schola luiserit

Græcanicis & rhomuleis luisibus.

Nobis fauete nunc, & huius fabulæ

Auris benignas commendate actoribus.

Paucis uersibus, subaudi huius comediae in scita iocularioria & actus breuiuscum diuisæ, cui tamē nihil desit. Est enim integra perfecta quinq; actibus, cum instar ueteris comediae quatuor choris composita. Sunt aut̄ res ipse uirtute magisq; magnitudine æstimandæ, metiendæq; neq; que reditū quantus sit quisq; sed qualis, nec q; procerus sed q; probus ac eruditus, quis unquā librum laudauit ob id tñmodo quod magnus foret ac copiolus? quis oratione duxit esse luculentā propterea q; uerbosa esset? quis poema ob magnitudinē ubertatemq; celebravit unq; nemo uel modice erudit id asseruit. Immo cōtra laudam libellos q; sūt diserti, eruditi & doctissime ut hæc nostra comedie cōcinnati, eosq; haud dubie a pñ nimis maximis uoluminibus, in quib; nulla sit eruditio. Hoc ipsum multæ res quæ sunt parui corporis, rebusq; magnis anteferunt; & multo pretiosiores esse iudicantur, ueluti gemmæ lapilliq; testantur. Aduertēdum Versus uersus non solum ligatæ & metricæ rationi subditam significare compositionem. Nam accipitur etiā in prosa oratione pro quo cuncti literarum ordine in pagina scripta perductio, ut est apud Pedianū lineas uulgo uocant, Nominatū aut̄ uersum putat ab eo, q; fluat & ipse se circuiteat. Landinus uero quod ad idem ueretur redeat ue initium Gloriae, quam Gloria

Cicerone definit esse frequentē de aliquo famam cum laude. At secundū Se necam umbra uirtutis est, & quemadmodū umbra aliquando antecedit, aliquid sequitur uel a tergo est, ita gloria aliquando ante nos est, uisendāq; se p̄ebet, aliquando in aduerso est maioreq; quo serior, ubi inuidia fecesse rit, generosos in primis animos extimulat gloria, instar stimuli & incenti ui, de qua Flaccus, Tu sola animos mentēq; peruris. Gloria, A Silio non minus uere q; graphicè gloria dicta est fax mentis honestæ. Multi solam gloriam uirtutis uberrimū fructum esse existimant, cuius cupiditate qui non tangitur, is mihi saxeus uidetur, & stolido fatuitatris stupore cōficit, Beroaldus in Claudio Tran. paulo post principiū. Hoc claritas gloria di

B

PROLOGVS.

- Schola stat, q̄ gloria multorū iudiciis constat, claritas uero bonorum. Schola pro theatro expone. Schola a uerbo grēco χολαρχω dicit qd significatur eo, qm scilicet cæteris rebus omisis uacare lib eralib studiis pueri debet. Ausonius tñ scholā a uacatione dici sentit & laxamēto, qd pueris inter dum esse præscribit. Sic em inquit, gratia schola nomine dicta est. Iusta laboriferis tribuat ut ocia musis. Cicero tamē primo tuscul. scholas accepit pro cōtrouersiis, disceprationibusq; quæ in scholis inter doctorem & discipulos ociose agitare solēt. A schola scholasticus, cui diminutiū est scholasticulus, qua dictione significatur qui scholæ operā da t quem uicus scholarem uocat, quod ex neotericis improbarunt non pauci. Germaniae Ut scribit Tacit⁹ germania om̄is a gallis rhetiisq; & pānoniis rheno & danubio fluminibus, a sarmatis dacisq; mutuo meatu aut montibus separatur, exetera oceanus ambit latos sinus & immensa spacia insularū cōpleteſt. Est uicina galliæ, & si Straboni creditur ob mores quos habuit ḡs illa gallis similis, Germani dicti sunt quasi gallorū germani. i. fratres sint. Cæterū germanos fratres, germanas forores eos appellant, qui ex utroq; parente fratres uel forores sunt. Lusserit. Nō est em omni momento seueriori studio incūbendū, alioquid durabile nō esset, quod caret alterna requie &c Græcanicis & romuleis. ad exemplū græcorum & romanorū, q multíplices ludos a græcis ut plæraq; alia in urbē trāstu lerunt, Liuio. Eusebio auctoriibus. Græcanicum dicitur aduētiū de græcis, seu quod de græcis nobis notum sit. Ideo Apuleius asinū aureū græcanicam fabulā appellat, quia ad exemplar Luciani græci scriptoris (cū ius nemo precor scandalizor cōmentis, paganus em fuit, fidei uerē grātia carēs) cōdita est. Romuleis, romanis, a Romulo qui martis & Iliæ filius a gentibus creditus est primus romanorū rex & urbis conditor fit romuleus, ut a Roma romanus & romeus, græcanice magis q latine, auctore Francisco Bonomo, itē romanensis, qua uoce Varro usus salē romanen sem dixit, nō eum Romē factū sed qui romæ uendebatur. Romania tū duobus modis dicitur, primo qui ex Romulo per generationem successiōnem & sanguinis affinitatē descenderunt, qui & proprie romulidae, quorū Porphyrius meminīt, cuiusmodi forte haētēpestate nulli reperiantur. Secundo modo ab originis loco, ut qui Romæ nascītur, & huiusmodi hac tempestate plurimi sunt, qui non ex illo nobili romuleo senatorūq; & cōfulum descenderūt sanguine. Hinc faber noster secundos uidī, primos uero æqui amantior uidit etas. At ego pro hoc fidem meam nō obstringā. Sūtem non modo ex romanis patriciis, sed & proceribus incliti comitatus Thyrrolensis, qui uera serie suam se ex antiquissimis romanorū familiis traxisse contendūt. Se auctore, uel primo apud germanos comedīæ scriptore uel scænicorū ludorum inductore. A diuerendū non solū operū cōditores auctores dici, sed & eos qui principes & primi, q aliquid qd fiat iubent, Auctor generis cōmuniſt est. Ouidius. Optima tu proprii
- Germani
- Ludo
- Auctor

PROLOGVS VI

nominis auctor eris. Figurateque per obliquos sicut alia uerbalia in ordinis
nentia neutrī adiungitur. Virgi. Italiam petuit fatis auctōribus esto, uē-
rum ipse ego non negauerim huius nominis foemīnum auctrix esse qd
tamen neoterici quidam tanq̄ scire multum uideantur in re lana caprina
uiliore negare ausi sunt, doctissimumq; & clarissimum fidei nostrae lumen
Augustinū inscīciā arguentes, q; scriple rit auctrix peccati Eua, auctrix
meriti Maria. Nec sequitur auctor cōmune est, auctrix igitur feminīnum
non esse dicatur, quandoquidem & alia cōmunita reperire liceat, quorū nī
hilominus feia secreta uoce proferant. Hospes hospita paup paupera cōl-
ens clienta, at hoc antiquum magis, leno lena qualia sunt alia multa, & re
uera non tam temere a grammatis fuit tantus uir culpandus in re tam
parua, nec ipse solum Augustinus hac uoce sed & eloquētissimus noster
Hieronymus usus est, dum sermone quodam inquit, & ideo preconiis ue-
neremur salutis auctricem, quæ dum auctorem suum concepit ex cōelo,
redemptorem nobis ostendit in seculo. Hinc uidentur grāmatistæ illi im-
probiores atq; audaciores, qui tam aperte contra papiam legem latinā
ciuitatem inuadant, eosq; uiros in Ius appellant, qui de omnibus ueterum
disciplinis q; optime meriti dicantur. Sed pro suo augustinō Ambrosius
Calepinas audaculis illis respōdet. Pro nostro uero Hieronymo Bessariorū
philosophus apud Crinitum. Auctorare uerbum cuius contrarium est
exauktorare, est aliquem obligare aut sacramento aut premio, & reauクト
ratus dicitur aliquo modo obligatus & obnoxius. Inde exauktoratus ob-
ligatione solutus. Seruius Iure consultus dixit solos parentes habere po-
testatem auctorandi. Inde fit auctoramentum quod est quasi obligatio
nexusq; ac uelut stipendum preciumq; eius qui sit auctoratus. i. obliga-
tus. Quidam tamen interpretantur esse priuilegium & prērogatiā de q
tamen non nihil Beroaldum dubitare sentio. Auctoritas ex fama & uirtu-
te quæsita, ad quam ut Diomedes tradit quemadmodum ad anchoram
decurrunt, & auctore Quintiliano summorum uirorum auctoritas pro Auctoritas
ratione est. Tanta olim tuit Pythagorē apud pythagoricos auctoritas,
ut etiam sine ratione ualeret, qui si quid affirmare diūputādo uoluissent,
dicere solebāt grāce & τὸς ἐφα hoc est ipse dixit. Cice. tñ arbitratur nō
esse philosophi uti testibus, quem oportet argumētis & rationibus quare
quicq; ita sit docere, ex Frācisco Philepho. Petro Marso. Beroaldo. Crini-
to & Calepino. Vetus tatis uero auctoritas ut Lactan. scribit tāta est ut in
quirere in eā scelus esse dicāt. Fauete. subaudi o uos spectatores fauete
hoc est fauore præbete silendo, fauet autem ore quis per taciturnitatē. Fauere dīci
Seruius Auris. pro aures, q̄ties em̄ ḡtis pluralis tertiae declinationis in tur-
ium exit, actūs in is legitime finitur, uinc potissimum quando & ntūs sin-
gularis in is terminatur ut hic. Aures dīctae sunt, uel ab hauriēdis uocib⁹, Aures
ut Lactantius ait, & Virgilii accedit, uocēq; his auribus hausū. Veldīcte
quasi audes, r enim & d̄ libi inuicem cedunt.

Auctor
Auctrix

Auctorare

Exauktorat

Auctoritas

Aures
Inaures

Nam aduena & aruena aduenio & aruenio prisci dixerūt, Nec hoc p̄
tereundū Flaccos ab antiquis uocatos, quorum aures flaccidē & languī
de deorsum pendebāt, diciuntur tam de animatibus q̄ de his quē anima ca
rent. Virgi, in geor. cū de aratro loquī Binē aures duplīci aptātē dētalia
dorso, Ab aure auritus, seu auritus non modo ad auditū, sed ad magnitu
dinem aurium refertur. Virgi. Auritosq; sequi lepores, Ornamēta aurī
inaures a ueteribus dicit̄, eo q̄ pendebat ab aurib; perforatis, Veteres
aurem memoriae consecrarunt, Nec id indignū sc̄itu est ut scribit Seneca,
Naturam nobis duos aures & unicā lingua tradidisse, uidelicet ut lōge,
plura audiamus q̄ loquamur, Hesiodia sc̄ita & aurea sententia est, Maxi
mus est homini linguae thesaurus & ingens Gloria, quæ parcis mensurat
singula uerbis. Actoribus, recitatoribus, scribit Augustinus sc̄enicos
actores & artes ludicras in magno fuisse honore apud gr̄cos, cū apud
romanos probroso haberent omes operę sc̄enice, & id genus hominum
tribu amoueri & censoria nota notari uoluerint. Vnde inter cætera præ
toris uerba dicunt, infamia notatur, qui artis ludicre pronūciandi ue cau
sa in sc̄enam prodierit, ut tradit Iurisconsultus. l.i. ff. de his qui not. infa.
& l. seq. q̄ si ita scriptum est. Eos qui quæstus causa in certamina descēdūt
& omnes propter premiū in sc̄enā prodeuntes famosos esse Pegasus &
Nerua filius responderunt. Fabulæ. comoediæ secundum Tullium fa
bulæ est, quæ neq; ueras neq; uerisimiles continent res, Homerus fabularū
parens habetur, a quo comoedia & tragœdia duxerūt originē, omnīq; q̄
natura & humana uita sub duplīci fabula, hoc est Iliade & odyssaea Co
dro referente complexa est. Et quia fabularū altæ bonæ, aliæ malæ, aliæ
pulchre, aliæ turpes, aliæ longæ, aliæ breues, aliæ quæ prosunt, aliæ quæ
nocent, aliæ quæ delectant, aliæ quæ molestæ sunt, Iccirco ut cōsulat disci
pulis suis bonus præceptor, ueluti secundus intemerata iuentutis pa
rens eam fabulam legendam eligat, quæ minus de amore canit, ne dum
impudicorum poetarum lectionem castis p̄fert, ex bonorum morum
literarūq; magistro lasciuia minister factus esse uideatur, & arma iniqui
tatis magis p̄stare q̄ se ipsum honorū morū exemplū exhibere. Sacrilegi
habēdi sunt inquit Marsilius Ficinus qui iuniorū immo & quorumlibet
animos uerbis moribusue incisiūt, studeat quoq; ut nō minus bonos quā
doctos efficiar, scientia inuidiā gignit, bonitas occidit inuidiā, bonitas &
hominib; utilior & deo gratiōr q̄ scientia. Est etiam stabiliōr, citius em̄
obliuiscimur rei alicuius q̄ breui didicimus, q̄ mores amittimus, quos la
borioso & diuturna consuetudine cōparamus, doctrina per se ad breue
tempus parum confert, bonitas in æternū, & ad consequendum deit,
De fabulis pueris tradendis legēdīsc̄ post Basil. Magnū, Picum iuniorē
(qui ea de re in cōmentariis suis mentionē agit), alios hoc nostri q̄q; auun
culi iudicium est. Ex comicis (inquit) Plautus & Terentius tradi possunt,
uerum, quædam Plauti comedīæ, quæ minus de amore canūt miliuīs

Fabula.

VII.

Sunt p̄ferenda, qualis uidetur aulularia & Stychus (ego Captiuos addo) quæ ad pudicos mores facta fabula est, & quam proximis diebus excudit Ioannes Capnion Phorcensis, progymnasinataq; inscripsit, ac coram Joanne Camerario Dalburgio Vangionum antistite omnītū misarū cultore recenseri fecit. Plautus tamen nobis Terētio dulcior copiosior amabilior esse uidetur, hæc auunculus meus.

FABVLÆ INTERLOCVTORES

Heno uillanus. Elsa uxor Hennonis.

Abra filia Hennonis & Ellæ. Dromo seruuus.

Greta uillana, Alcabitus astrologus diuinaculus.

Danista pannicida mercator. Petrucius patronus.

Minos iudex.

ACTVS PRIMVS

ELSA HENNO DROMO

Ella. Muliercularum est misera conditio Hercule

Atq; his magis quæ sunt maritis coniuges,

Hoc usq; sensi, quæ uiro sum subiuga.

Quæcunq; nendo, operamq; dando domesticis

Curis, lucris, negociis uillicis

Vel quærito, uel condo parsimonia,

Totum hoc meus ludit maritus & bibit.

Vt uix mihi lodix supersit sutilis,

Pauper lacerna, rícula, & calyptra iam

Non ego capillos plagulis connexit.

Muliercularum est misera conditio Hercule. Incipit prothesis id est primus actus huius fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur Prothesis ad populi expectationem tenendam. Animaduertendū q; comedía ue-
tus paulatim ex numero personarum aucta, in quinq; actus necq; plures

A C T V S.

nec pauciores processit. Hinc Horatius. Neue minor neu sit quinto productione actu. Fabula quæ posci uult & spectata reponi. Sed paulatim attenuato choro ira ad nouam peruenit, ut modo non sit chorus sed ne loc⁹ quidem illi relinquat, quapropter actus qui in latinis fabulis sunt difficile est nosse, propter sublatū chorū, ita & Donatus sentit. At nobis beneficio industriaq; poetæ nostri ea ex parte nihil laboris affertur, ex quo interpositus chorus actus ipsos nobis distinguit. Actus autem teste Festo significat in tragœdiis & comediis certa spacia canticorū, alias inter uicinos quatuor pedū latū, in geometria minorem partem iugeri id est centum uiginti pedum, item motum corporis ut histriōnum & saltatorum. Item pro uia Vlpianus. l.i. ff. de ser. rusti. predio. Actus est ait ius agendi uel iumentum uel uehiculum. Inter actum tamen & iter nonnulla est differentia, iter enim est quo quis pedes uel eques committare potest. Actus uero ubi & armenta trahere, & uehiculum ducere liceat. Secundū Modestinū eo. t.l. xii. Via autē iter & actū in se continet. Estq; apud Iureconsultos libro. ff. xlvi, singularis titulus de itinere, actuq; priuato, quoruco vocabulorum perfunctione nosse significatus non tam grāmatici est quā latini, cuiusue professionis extiterit. Nam iurisconsulti uocabulorum sibi uim iure quodam suo præ cæteris vindicant. Scæna. Placidus grammaticus scenam esse dicit cameram hinc inde compositā, quæ umbrę loco in theatro erat, in quo ludos actitabant, item scænam uocare arborū in se incubantium, quasi concameratam densationem ut subterpositos tē gere possit. Item compositionē aliquius criminis, quæ digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis, sicut tria fabularum genera, totidē secundum Victruium scænarum fuerunt, tragicum, comicum, satyricū.

Actus

Scæna

Scæna autem est ut Labeo diffinit, quæ ludorum faciendorū causa quolibet loco ut quis consistat moueat: q; spectaculum sui præbiturus posita sit, in publico, priuatoue uel in uico, quo tamē loco passim homines spectari causā admittantur. l.ii. ff. de his qui. not. inf. Plinius secundus pro auditorio. Lucius ue o Apuleius pro spectaculo usurpauit, ut diligenter eo rū interpretes notarunt. Catanæus & Beroaldus. Mulierularum. uerba sunt Elsæ uillanæ Henrionis uillani coniugis, quæ introducit secum loquēs, & deteriorem primū mulierum q; uirorū fortunam, & mariti sui prodigalitatem & ignauiam, ut muliebre ingenium est mutabile mox deplorat, quo tandem cū seruo interueniente non minor pars argumēti explicatur, fabulaq; fundamentū iacit, non absq; populi ad expectationem in uitatione. Hercule. Annotanda est impropria nec feminæ congruēs

Veterū iu adiuratio, nanc; si credimus Aul. Gellio sicut uiri non deierant per Casto randi mos rem, ita mulieres per Herculem nō dierabāt, Herculano em̄ sacrificio abstinent, cuius causam refert Plutarchus in problematis. Romanis mos suit ne pueri sub teclo, sed sub dio per Herculem deierarent, proditum est enim Herculem cum primis religiosum suisse, & ad ius iurādū uerecūdis

simum, quippe qui semel in omni uita iurauerit, quid si pro affirmandia d
uerbio hoc loco acceperis, ut alii usurparunt. Sed & Apuleius ipse non
tam inscite q̄ eleganter seminarum per Herculem adiuraram inducit.

Conditio sors, fortuna, conditio a condo descendens ut hic sine c. scri-
bendum, cum uero a condico iureconsultorū uerbo nascitur & cū c scri-
bitur & modo pro pactione, modo pro pronunciatione, repetitione, acti-
oneq; recipit. Atq; his magis, subaudi mulierculis, & repete est misera
conditio, ac si diceret & hæ magis misera laborant fortuna, quæ sunt ma-
ritatæ uiris coniunctæ, nuptæ, ut in specie iam descēdat, in genere prius lo-
cura. Omnium scilicet mulierū cum nuptiarum tum innuptarum, adiurās
misera conditionem. Mulieris nanc; appellatione & uirgo uirpotens
continetur. I. mulieris. ff. de uerb. sig. Pro uirgine Ioan. euāgelista. Mulier
ecce filius tuus, pro corrupta Vlpianus. ff. de con. emp. I. alioquin. S. ii. qd
si ego me uirginem emere putarem, cum esset iam mulier emptio ualebit,
in lexu enim non est erratum. Maritis coniuges, coniugate, & aduerte
coniugam accipi pro coniugem quasi coniugatam, & pariformiter sub-
iugam pro subiugem quasi subiugatam. Hoc. subaudi mulierum mis-
era ram esse conditionem. Vscq; a die quo nupta uel traducta sum, & acci-
pe pro usq; quaç; i. semper, absq; ulla intermissione. Secundus, usq; quaç;
narrabitur qua concordia uixerimus, & Columella, sed neq; eodemodo Quac;
neq; iisdem temporibus usq; quaç; fieri placet. Catanæus. Sensi, experta
sum & optima rerum magistra experientia didici. Reclit igitur Aristote-
les in ethicis inquit inuenies mathematicos fieri posse, prudentes fieri non
posse, prouterea q̄ prudentia rerum plurimarum experimento augescit
quarum iuuenis est expers, qui natura. L. gus est & liberalis, eo q̄ non ex-
pertus indigentias neq; opus suo labore proprio peperit. Raro enim teme-
re dissipat qui cum labore congregauit. Subiuga. quæ sum omni mari-
tali mādato & uoluntati exposita, & diligēs maritalis iussus executrix, &
id fieri uult. Aristoteles. ii. ceco. Ut scilicet uirū semper superiorē agnos-
cat mulier, illicq; obediāt ceu caput cæteris mēbris, ceu ratio appetioni-
bus superior est, qd hoc epigrammate nō inscite tāgi. Inferior matrona
suo sū Prīce marito. Nō aliter fiunt fēmina uirq; pares. Lex apud ægy-
ptios ab Iside posita fuisse fertur, ut mutua stipulatiō polliceretur uiri se
omnia intra penetralia ad uxorum arbitria facturos, contra mulieres se
extra penetralia uiris similiter facturas, auctor Diodorus, hinc Aristote-
les probam mulierem omnibus quæ sunt iūtus dominari oportet & c.
Quacūq; nendo, nendi texēdīc artē Palladē instituisse nemo ambigit,
quippe quæ Mineruæ ars noīatur, qd innuere uidetur Naso in primo de
arte amādi his uersibus. Quid facis æacide non sunt tua munera lanę Ah
titulos alia Palladis arte pete. Et Aufo. l. i. Litia qui texūt & carmina, car-
mina musis, Litia cōtribuūt casta Minerua tibi, Plinius tñ ægyptios dicit
textilia comperisse. Operāq; dando. Dicimur operam dare, operam
impēdere, operā nauare, cū rei agēd̄ summo studio laboreq; incubūmus

Conditio
Conditio

Coniuges
Subiuges

Vscq;
Quac;

A C T V S

Opus
Opera

hinc dedita opera quid factum iudicamus, quod sine adhibita cura impē
soc̄ labore fieri nequivit. Hoc aut̄ opera ab opere distat, q̄ opera dicitur
quę studiis mēte & animo exercetur. Opus est quod sit manibus, & opa
est labor studiū & diligentia in aliquo opere faciendo. Domesticis cu
ris. Xenophon in libro q̄i ceconomicus inscribitur, & Luci^o Columel
la prodiderūt sexū muliebrem iccirco timidiorem a natura formatū esse
q̄ uirilē, qm̄ custodia & diligentia domesticā mulieribus assignātur, me
tus aut̄ plurimum confert ad diligentiam custodiendi. In xxvi, parte sa
gittarii mulieres habētes horoscopū, erunt uiragines hoc est uirili implē
tes officium, & uirilitate mascula animosae. Curam q̄ cor hoc est mentē
urat dictam uolunt, si Donato crēdimus. Curatio est medicorū, cura mē
tis, curatura diligentiae, sed in contrariū est eruditorum auctoritas, apud
quos etiam curatio pro cura usurpatur. Curiosus aut̄ dicitur qui ea inqui
rit & curat, quę ad se non pertinent, a quo curiositas quę est signum lo
quacitatis, & quanq̄ natura ut Seneca ait ingenii dedit nobis curiosum,
nemo tamē est curiosus quin sit maleuolus, & curiositas a Fulgentio sem
per periculorum germana uocatur. Negociis q̄ uillicis secundum Co
lumellae pr̄ceptum, qui uult uillico coniugem copulandam esse, quę eū
cōtineat, & in quibusdam rebus adiutuet, ea nec iuuenis esse debet, nec sce
di habitus, nec rursus pulcherrimi. Nam fœditas uillicæ fastidiosum, ni
mia species desidiosum faciat eius contubernalem, eadem a uino ab escis
a superstitionibus a somno a uiris remotissimā sit. Cato uillica inquit ad
coenam ne quo eat, ne uite ambulatrix sit, munda sit, uillam conuersam,
mundaq̄ habeat, cibū uillico & familiæ curet, gallinas multas & oua uti
habeat, nuces & poma, & alia quę condī solent condita habeat. Dicitur
aut̄ uillica negotia ad uillicum pertinentia, substantiue aut̄ uillicus uilla
gubernator. Nam a uilla nomē accepit ut docet Hieronymus, qui enar
rās quid sit uillicus iniquitatis in euangelii parabola, tradit uillicum pro
dispensatore accipi, quem greci uocant oeconomico. De officio aut̄ uillici
titulus est apud Catonem. Querito. proprio & signato uerbo, hi em
queritare dicuntur, qui quotidie instanterq̄ querendo uix sibi uictū cō
parant, nihilq̄ reponere possunt absq̄ fraudatione genii lui, ita Dona
tus sentit & Plautini interpres. Teren. Lana ac rela uictū queritās. Plau
tus. Qui inops & fordidus queritando alit familiam. Condo parsimo
nia, sexti casus. A parcēdo parsimonia dicta, qua secundum philosophos
morum censores cauemus, ne quid dispendiū ultra modum fiat, & res fa
miliaris quoad fieri potest cōfueretur. Fit aut̄ a p̄to parsi, qd̄ cōseruati
sive abstinui significat. Nam alterum pr̄teritū pepercit potius accipitur
pro eo quod est ueniam dedi. Totum hoc, Totum dicimus unius cor
poris plenitidinem, omne de uniuersis, ut totum auditoriū habet schola
sticos. i. plenū est auditoriū scholasticis, omne auditoriū habet scholasti
cos. i. oīa auditoria, Inuenies tñ promiscui sumpta & a poetis maxime.

Cura
Curatio

Villicus

Quærito

Parsimōia

Totum
Omne

PRIMVS

IX.

Ludit & bibit, ludendo & bibendo consumit. Locutio comicis usitata
ludo alea & aleam, tesseris & tessaras dicimus, rariuscule tamen cum ac-
cusatio repereris apud oratores & historiarum scriptores. Suetonius
en dixit de augusto. Aliquando ut uincat ludit assidue alea. Sic enim prisci
loquebantur. Vbiuit uitam seruitatem seruit pugnam pugnat. Bibere per
translationem pro consumere iterum atque iterum diligens lector offendit

Lodix. lodices sunt panni quibus lectus consternitur operiturque a lo-
dice lodicula per diminutionem, qua uoce Suetonius in Augusto usus est.

Sutilis. quae crebro refuitur scissa, inde uestis dicitur sutilis. consutilis
inconsutilis, de qua in euangelio. Lacerna. non lucerna legendum, &
pro breui pallio uix scapulas tegente quo uillani utuntur accipe, multa fu-
erunt apud priscos genera lacernarum. Nam & coccineae & beticeae & am-
phiteatrales celebrantur ab eruditis. Ricala. diminiuuum a rica, que
mulieres caput operiunt. Varro a ritu dictum putat, quod romano ritu sa-
crificia foeminae cum faciunt, capita tegunt, lingua nostra ain stuch oder-
gur, ricala dici potest, de quo a statim Bapti. Pius in epidico. Calyptra ue-
lum muliebre, lingua nostra sturtz. & λυπτρα Nonego connectito. co-
necto colligo cohercio, frequentatiuū est a necto, compositione fiunt co-
necto simul necto obnecto obligo & subnecto subiungo, frequentatiuā se-
per numero pro uerbis primitiuis a quibus originem sumplerunt si quan-
do fortiorē sonum gerant lepide ponuntur, ut pro consilio connecto
connectito, quod tamen ob metri necessitatem ita ponit oportuit. Capil-
los. subaudi expassos, nam mulieres plerūq; capillito passo quasi por-
recto & expasso quod significat diducto & extento sunt. Capillus quo ca-
put tegitur multa fortitut nomina. Nam cyrrus vocatur. Persius saty. i. Capillus

Ter cyrratorum centum dictata fuisse, cyrratorum hoc est puerorū que
etas capillis gaudet. Nam cyrri capitis crines & capilli cōtorti sunt. Vnde
cyrrati pueri qui cyrris utuntur eiusmodi. Martialis caput nudum cy-
ris grādibus, idem Et matutini cyrrata caterua magistri. Iuuenalisa. xiii.
Flauam cæfariem & madido torquentē cornua cyrro. Cincinnus etiam
dicuntur plusculi capilli intorti, quos Marcialis annulos uocauit secūdo
epigrammaton. Vnus de toto peccauerat orbe comarum, annulus. Plau-
tus in truculento. Iamego istos factos compositos crīspos cincinnos tuos
unguentatos usque ex cerebro expellā. Hieronymus in Ezechiele. Et emis-
sa similitudo manus apprehendit me in cincinnis capitis mei. Capillū au-
tem & pilum quencūque aliū & non modo capitī dici testis est Aul. Gel. cū
ait, si ouium lacte hedi aut caprarum agni alerentur, constat ferme in iis la-
nam duriorē, in illis capillum gigni teneriorem. A capillo ita dicitur ca-
pillitium, ut a famulo famulitium, a satellite satellitium, itē capillatus, un-
de in illo egregio opusculo, quod omnibus fore notū est cum de illa dea
quae ab antiquis occasio dicitur, cuius frōs crinita est, occiput uero caluū

C

ACTVS

ut Ausonius Gallus elegantissime describit. Fronte capillata post hæc ot
casio calua, & Lethon illam uetus tam Romæ capillatam dixerunt, quare
ad eam capillus uestaliū uirginum ferebatur, ut est apud Scipionem Ver
netum. Plagulis. pro uitatis & tenuis hic accipio.

HEN. Faxo sciam tantum quid uxor murmurat
Ne forte sensit quid dolo subtraxerim.
De eius crumenula, Sed est mirum unde tot
Sibi aureos corras erit muliercula.
Sum ego uir, & uix de omnibus laboribus
Totius anni uel talentum congero.
Huic autem heri octo sum furatus aureos.
Latenter ex loculo, loco uix credito.
Adeo mea uxor parca parsimonia
Plus multo agit quam ego laboribus, tamen
Et hoc quidem non nihil in annuis lucris
Venit recensendum, q̄ indies bibo
Ludo, sed & scortor aliquando, & balneor
Id me beat, tritum quod est prouerbium
Tenax requirit prodigum, ille ego ipse sum,
Et illa rursum hæc ipsa sit necesse erit.
Sed adorior tumultuantem foeminam.
Uxor, bonum sero. E L S. Et quidem sero nimis
Nil serius mihi est bono, cui labor
Tantum diurnus incubat, q̄ uesperi
Iam uix queam præ pigritudine hiscere

Faxo

Faxo sciam. Verba sunt mariti itidem secum loquentis, quem poeta
introducit, ac si ipsam suam uxorem loquentem secū audisset, ignarus tñ
sermonis & muliebris murimuris, unde sibi ipsi uerbū faciens ait faxo, hoc
est faciam. Faxo faxis faxit, i. faciam facias faciat, uerbum deficiens comi
cis gratū, auūculus me⁹ in preceptis de uerbis. Sciam. intelligā cognō
sciam subaudiut. Quid. hoc est quā ob causa, qm̄quidē arbitrant̄ omes
tunc ununq̄d q̄ cognoscere, cum principia, elemēta & causas cognoscāt
ex philosophi sententia, qui & alibi Scire ait est rē per causam cognoscere
qui cupidus scire, quid nā hominis sit anima si immortalis, quōd suos actus

PRIMVS

X

exerceat^r tris de ea nobilissimos edidit libros, quos multi ex his ut Aut^r
 tuli uerbis utar, qui christiani dici uolunt nunq^u audiuerr^t, sed ne inspexe
 erunt quidem, idē Aristoteles per decē prēstantissimos libros de humana
 scelicitate exactissime disquisiuit, multa inferēs de p̄eclaris morib⁹ san
 ctisq^u uirtutibus, totidēq^u libris & de rei pub'icē & familiaris seu domestici
 cē administratione plurima non tam iucunda q̄ scitu necessaria cōgessit,
 sine quarū rerū cognitione Iaco. Stapu. uir nullū facile secundū hoc seca
 lo habēs censit non legitimate ad leges transfiri. At sunt nōnulli qui & in do
 CTORŪ albo haberi uolunt, qui non modo harum rerum nauseam & fasti
 diū gerunt, sed & ipsos teneros adolescentes mox a Terentio & Virgi
 lio, ad institutiones Iustinianas & reliqua positiva scripta transferendos
 ignaris parentibus consultant. Nec mirum, qm̄ nihil unq^u a teneris annis
 in morali philosophia ex uero fundamento didicerunt. Hos cum Horio
 similimos arbitramur eis, qui dum ualētissimos turres munitissimasc̄ ob
 sideant, mirum in modū sese cōfidunt sine tormentis, ceterisq^u instrumētiis
 bellicis introire posse, & profecto neq^u Terentius ipse, necq^u Virgilius sine
 liberalibus disciplinis modo Iacobi Stapulensis traditis, fundamenta cuīq^u
 secerit ad ciuilē sapientiā consequendā, quod Horatius ipse uario loco co
 piōse prosequitur. Sed hæc obiter libuit annotasse, quo sciat adolescentes
 qd̄ sibi post facta ex Diomedē uel Sipontino grāmaticē fundamenta poe
 tarum uel oratorū aliq^u lectione affirmata, dialecticen, physicen & mora
 lem potissimum philosophiā Aristotelis haud quaq^u negligendā. Nā q̄tū
 conferant dialectica & methaphysica sacris literis operam danti, quantū
 uero naturalis medicinæ studioso, nemo est qui ignorat, nullū autē rite pos
 se sacratissimis legibus initiari & sine ipso dialectica & æthica, politicēq^u
 scientia, cū primis Faber. Horius, Codrus. Politianus & auiculus attestā
 tur. Ne forte sensit. intellexit, percepit. Hieronymus. Nolo ut offens
 daris in scripturis sanctis in simplicitate, & quasi uilitate uerborū, quæ uel
 uitio interpretū uel industria sic prolata sunt, ut rusticā contionē facilius
 instrueret & in una eadēq^u hora, aliter doctus, aliter sentiret indoctus. In
 telligere tamen & sentire licet promiscue sumatur idē nō sunt, ut ex philo
 sophis quidā putarunt. Sed horū sententiā Aristoteles refellit capite fina
 li secundi de anima. Primo quia omnibus animalibus adest sensus. Intelle
 ctus uero perq^u paucis. Secundo intelligendo recte perspicimus & nō recte.
 At propriū est sensus ut semp sit uer⁹ & oib⁹ assistēs aialibus. Tertio cui
 cūq^u intellect⁹ adest & ratiocinādūiūr⁹, & cui illa nō adest necq^u eisdē intel
 lectus aderit, atq^u cōplura sunt aialia, quib⁹ ratiocinādiūiūr⁹ abest, aberit
 igit intellect⁹ q̄q^u Philelſus pluribus locis nullū aial rōne carere probare
 conat. Dolo. subaudi malo, qm̄ & bonus dolus dī, q̄ aduers⁹ hostes uti
 licet, uocatq^u solertia. Vñ adiecit p̄tor Vlpia, ingt dolū malū, qm̄ ueteres
 etiā bonū dolum dicebāt & pro solertia hoc nomen accipiebāt, maxime
 si aduersus hostē latronē ue quis machinet. I.i. §.nō fuit aut̄ ff. de do. mal.

ACTVS

 ta. uncta, inspersa. Dulci ueneno. Hæc maliciæ omnis natura est, ut sub
 prætextu dulcis ueneni hoc est uoluptatis quotidie se nobis offerat, & soli
 citet multiplici sua ostēratione & pollicitatione, quo miseros fallat, perdat
 & tandem suæ ditioni suppeditatos male agat, habeat & pertractet. Fu-
 giamus itaq; uoluptatem & maxime adulecentes, qui libidinibus restuāt,
 habet enim quæcætas sua uictia propria, ut dolorem procul effugiamus
 nocet empta dolore uoluptas. Venenum autem in bonam & malā Venenum
 partē accipitur. Hinc Caius iureconsultus ut liquet, ff. de uerb. sig. Qui
 uenenum dicit adiūcere debet utrum bonum esset an malū. Cognoscit aut̄
 ex struclura orationis quam in partem sumi debeat. Dei. quos stulta
 gentilitas coluit, quorum Prudentius in Romano inquiens, deos catenæ
 colligant adulterosur contra Symmachum Tertullianus in apologeti-
 co, & Lactantius. Mantuanus, & Picus iunior in hymnis meminerūt. Ho-
 mīnes in deorum numero relati, & dei & heroes & diui uocabant, quanq;
 inter eos diffe rentia. Sed & alii (ut Picus notauit iunior) diuos deis præ-
 tulerunt, alii contra deos diuis præstare arbitratī sunt. Fuere em̄ qui deos
 perpetuos, diuos & hominib⁹ factos esse dicērent, ut est apud Serui. Var-
 ronis tamen & Seii auctoritate diui perpetue credebātur, dei propter cō-
 secrationem timebāntur. Sic & apud Virgilium in xii. Turni soror dea.
 Iuno diua nuncupatur. Heros autē minor diuo. Vnde Horatius in arte
 poetica. Intererūt multum diuus ne loquarit an heros, latius apud Picum

Pudicitia. blandicias, illecebras, titillationes, irritamenta cupidinis uo-
 luptatis libidinis carnis duce pudicitia facile uincimus, modo uelimus, qd
 enim uolenti difficile? Recte igitur exprobrat cupidini pudicitia, qd nisi
 se fouentem & sponte se ei dedentem supererit, & euincat. Est autē pudici-
 tia circa oscula, amplexus & cætera uenerem prouocantia, ut mollia uer-
 ba lasciuia carmina impudicos aspecius, & similia id genus, temperantia di-
 rigens ad ista ut oportet fugienda, quoniam irritamenta sunt Veneris, &
 nisi statim reprimantur animum suis blandiciis pertrahunt ad scelus. Dat
 igitur duos modos reprimendi ea, sobrietatem sci. & fugam. Est autem so-
 brietas temperatī species, quam ethnici uoluptatū tristiciarumq; gust⁹
 ac tactus mediocritatem definiūt, hoc loco sobrietatem non distinguo ab
 abstinentia, eum illa sit circa potum moderate utendum temperantia, hec
 uero circa cibum. Hinc ut prouerbio dicitur. Sine cerere & baccho friget
 venus. Fuga. in primis uenerei & lascivientis confortii, tum modera-
 ti, cibi & potus, per quæ insignis uirtus & apprime in hominum uita uti-
 lis uirtus temperantia, & perinde pudicitia periclitatur, quod satis exem-
 ple Annibal is euadit exploratum, qui cum ferme totā armis occupasse

ACTVS

italā campanā luxuria corruptus prorsus elanguit, quē ut inquit Valerius, us, usq; vigilantissimum ducē armis quidē in uictum suis illecebris complexa uincendum romano militi tribuit, quē totum etiam exercitum largis dampibus, abundantī uino, ueneris usu lasciuiore ad somnum & delicias aduocauit. Hinc carthaginensium lex fuit ut nunq; in castris quisq; gustare uinum audeat sed toto illo tempore aqua bibatur.

Mors

Mors. a mordendo dicta, q; omnia mordeat atq; consumat. Naso. Omnia sub leges mors uocat atra suas, quod hic pudicitiae obiectat.

Vicisse. attruiisse, expugnasse, confregisse, arcum sagittas de quib; supra, tu autem per arcum accipe blandicias & uenereas illecebras aligeri cupidinis, alas gerentis & alati, qui ob id qd ex Pico notau i poetis a laus singitur, & ut Bocatius sentit passionati instabilitas de monstretur, facile enim credentes cupiente sc̄e de passione in passionem euolant.

Gloria

Post fata. morte Martia. Coniugis audisset satum, de qmox plura.

Per me. famā gloriā q; est frequens fama cū laude de aliō. Hinc im. Iustinianus. Hi em q pro re publica ceciderūt in perpetuum p gloriā uiuere intelliguntur. Apud Atheniensis Famē templū erat consecratum, de quo Picus & Crinitus, nosq; latius annotabimus in secunda tertii.

Homo in cinerem

Cineri. corpori, quod anima exutum reddit in cineres, quibus compactum erat, si quidem omne in id quo esse cepit resoluendū est. Horatius Puluis & umbra sumus, cuius sententia uulgatissimum illud scripturæ testimonium, quo mouetur homines meminisse se esse cinerē & puluisculū, & in cinerē reuersuros, quod dixit olim legatus Scytharum Alexandro magno ex indulgentia fortunæ cōditionē humanam obliuiscendi, si deus es tribuere mortalibus beneficia debes, si aut homo es, id quod es semper esse cogita. Hinc quo die sacra cineritia celebrantur christianis hōibus christianiter uiuetibus mos est accedere sacerdotes ut eorum capitū cineres imponant, qui tum eos cōmonent, & cineres esse, & singulum in cinerem reuersurum. Petrus Crinitus uir in omni doctrina ueritatus de Bonifacio pontifice Romano qui Celestino successit in pōfificatu inter cetera scribit Cū autē Prochetus genuensium Archiepūs, qui habebatur inter gebellinos cōstitūset ad pedes pontificis, inibi pōfex Bonifacius uerbis permunitatis quē pro religione effant. Memento inquit quod Gebellinus es, & cū gebellinis morieris, & simul cineres sacros in eius fronte atq; oculos pro te fecit, q; scelesto fatinore insolentia, ambitionē atq; impudentiā suam sub religionis specie cōmonstrauit. Sed & pleraq; alia in historiis ad eius ignominiam relata sunt. Vmbris. animabus, quae corpora dereliquerunt, nec tangi possunt, & oculis umbratili quadam effigie p̄senterari solent.

Vmbræ Spiritus

Vmbras dixit esse Seruius quæ inferos, animas quæ cœlū peteret. Spiriti dici in nostra religione cōstat substantias sine corpore, quē mortalibus se uidēdas p̄bēt. Vnde & christus saluator cū post resurrectionē corpus suum p̄buit apostolis uidēdum, atq; palpandū, inquit palpate & uide-

te quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uidetis habere, ut in euā gelio scriptū est. Ambigebant em̄ illi phantasma esse id est uisionē, appa- rētūue, & quam Romani dixissent umbrā. Esa. consumpta, extincta.

Me tempore, quod omnia edit, & corruptit, maxime quæ eo mensu rāntur, ueluti generationi & corruptioni obnoxia. At diceret quispiā famā & immortalitatem scribēdo acquirim̄us, quam famam, quam immortalitatem? si post mortem urceus inquit, aut nihil eris, aut si eris ut credim̄us, nomen tuum infinitate annorum e memoria hominum delebitur, & hoc omnibus famam quārentibus dictum sit, statim subdens. Quod si mūdus semper fuit & semper erit, ut Aristoteli placuit, nihil sempiternum nihil immortale p̄ter ipsum mūdū, uel propter existentes, uel propter diluvia quæ statim accidunt temporibus seruari potest, si uero mundus ab immortali deo per ignem consumendus est, multo minus tibi immortalē famam sperare conceditur, sed diu quantum fieri potest nomē producere dulce est, uerum, sed quid diu dicendum est, quod finem aliquādō habiturum sit. Cucus amor, Proclus in libro de anima & dēmone causam reddit cur cucus existimetur. Perenne bonum, immortale, dignissimum, certissimum, cultores suos beatificans, quod sequens distichon explicat, nomine summī boni, quod est deus gloriōsus qui est uera & unica salus, culorib⁹ suis eternam uitam condonans, ac perpetuū gaudiū sui fruitione afficiens. Ad quem quārendum, colendum amandum ex sentiā diuī Hieronymi postremū uersiculi nos hortanrūt ut relictis & ualedic̄tis huius mundi uanitatibus & amaritudinibus christo superbenedicto adh̄reamus, qui est summum bonum, p̄fōse, perfectum, uirtuoso homini constitutum propriū pr̄emīum, iucūdissimum, pulcherrimum, optimū permanentissimum & humanarū operationū finis ultimus. Dulcis iesus De quo Petrus in actis, non est in aliquo alio salus. Nec em̄ aliud est nomē sub celo datum hominib⁹, in quo oporteat nos saluos fieri, de quo nuper & Faber noster ita cecinit. Gens benefactorem te agnoscat & inuocet oīs. Nomē christe tuū cunctis tua facta loquaſ. Cāterq; & psallat miraculacq; om̄ia narrat. Inq; tuo sancto sua gaudia nomine ponat. Nomine qđ lōge est nomine sup om̄e locatū. Cui cœli cui terra, cui curuant̄ abyssi. Nos saluatorēm̄ σωτήρα, hoc gracia dicit. Hebræi ihesum supadmirabile nomine.

Super omnia. Cusa in sermonib⁹ sensit hoc admirabile & bñdīctū nomen totū in se claudere, cum media sin id est, s, litera magnū dei ineffabile nomē tetragrammaton quattuor literis iod. he. vau. he. conflatum quod his litteris nostris q̄q pacto repräsentare possumus. IH V HIun ctim sic IH EV HE, iunge igit̄ sin, id est s in medio, fiet IHESVHE nomē bñdīctū regis nr̄i & saluatoris, de q̄ lib̄tū edidit elegātissimū poeta noster sine controuersia ut Jacobi fabri uerbis vtar, e cuius in psalteriū cōmetariis hæc sumptim̄us inter sueuos doctissimus, quē qđ libellū ab illo diuino benedicto & admirādo nomine de Verbo Mirifico nūcupauit.

De super
mirifico
nomine.

A C T V S

- Reliquum est optimi adulescētis, ut ex toto corde & anima uestra hoc dulce nomen ametis, & colatis in terris, quo duce id post fata sumimum bonū consequamini, & nos post hac digressionem quam magnopere uobi & placitum am putamus, ad ceptam expositionem chorī redeamus.** Penuriam. inopiam. Ethic est perpetuus avarorum cruciatus, qui expleti diuitiis saicitatem tamen nullam consequuntur, sed futurarum cupiditate semper anguntur. Nam diuitiæ opesq; ut constat grauissimo atq; sanctissimo testimoniō Pauli nimia quadam anxietate & animi simul & corporis discri mine quæruntur. Qui uolunt inquit diuites fieri incident in temptationem & laqueum diaboli & desyderia multa quæ mergunt homines in interitū & perditionem, malorum insuper omnium radicem cupiditatem appellat. Discurre per singula uitia & irritamenta diaboli, nihil inuenies q; mortalium mentes facilius uincat. Quam sit grauissimum scelus avaritia, quā plura & quam uaria scripta veterum demonstrant. M. Antonius imperator nihil in toto uita deprecatus est quā avaritię famam, sicut relatum est a Iul. Capitolino. Ignobilem. recto usus epitheto. Nam penuria & pauperrimas efficit homines erga huius seculifilios ignotos & despctos, contra diuitiæ notos & in præcio constituant,claros & insolentes reddūt, at nimio malo suo, ut tam nostris q; peregrinis exemplis palā est, antiqui emnobilem pro noto ponebant, & ignobilem pro ignoto. Plautus. Peregri na facies uidetur hominis ignobilis. Dicitur & ignobilis per g literā, g nobilis enunciabatur apud veteres ut est apud Actum. Instabilis fati. fortunæ hoc loco, cui philosophi externa bona omnia dedicarūt, q; nulla ratione comparari possideriq; possunt, q; casu & temeritate fortunæ q; obre diuinum honorem eidem ipsis fortunæ romanis tribuerunt, atq; dicarūt, cum simulacro dextra gubernaculum tenente. Leua autem cornu plenū, quasi orbis regimen obtineat, solaç; sit que opem præcātibus mutuet. Fuerunt ex philolophilis si Aristoteli credendum est (ut certe credendū est) qm quidem diuinus Plato ipsum philosophum ueritatis appellauit, hinc hæc Codri exclamatio. Omagna laus tanq; alii uerum dignoscere uel dicere nescirent qui dicebant omnia fieri a casu & fortuna, fortunāq; cœlū mouere & rerum inferiorum seriem eo motu disponere, sed horum opinionē Aristoteles uelut futilem & inconuenientem explodit rationibus euidentissimis circa finem quarti capitū secūdū phisicę auscultationis. Sed quod hic fatum pro fortuna accipiam, mouet epitheto fortunæ ascripto, & q; poeta subiicit mobilem rotam, quæ propria fortunæ attribuit. Alias enim fatum si philosophis credim⁹, tam stabile est, tam immutabile, tā inexorable, & tam ineffabile, quod & Iuppiter ipse stet illo, præscriptos esse ferūt unicūq; mortalium ex dispositione fatali uitæ terminos, quos non liceat transgredi, ob legem fati insuperabilem. At nos canonici scripturis monemur Deū optimum maximū ultra fati præscriptum & legem tanquā plus polleat q; fatale decretum mortalibus uitam prorogasse, aduersus fa-

ti necessitatem. Hinc diuus Augustinus cōtra eos & maxime Firmicum qui ait fatum nobis uite ianuas pandere, finemq; uiuendi fatalis legis necessitatem statuere, scribens inter cætera quinto de ciuitate. Quidā inquit fato autumant omnia fieri quæ fiunt, quod si ita est, nihil erit in nostra po testate, nullumq; arbitriu[m] voluntatis, quod nec dignum est ut credatur, nec dignum ut referatur, cum liberi arbitrii nos deus cōsiderit, feceritq; in nobis mentes, uoluntatesq; adeo liberas, ut de ipso deo & male sentiamus & male loquamur, quā uero ob causam liberē potestatis & arbitrii factū sumus. Damascenus capite xxvii, secundi theologie suæ scribit. Poetæ utuntur hoc uocabulo varie, modo pro necessitate, modo pro natura, modo pro uoluntate, item pro iussione diuina ac pro oraculo nōnunquam accipiunt. Mobilem rotam, uolubilem, ut est uidere apud Ouidium in Rota fortu fastis lib. ivi. & li. iii. de tristibus, & Boerium. De hac fortunæ rota sic quoq; næ scribit Alanus in anticlaudiano. Præcipitem mouet illa rotæ motusq; laborum. Nulla quies claudit, nec sistant ocia motu. Hos premit, hos eleuat, hos deuicit, erigit illos. Cogit & in uarios homines descēdere casus. Tuū aut̄ erit studiole lector mente discas fortunā reuerēter habere. Ne q; hic admonet chorus aduersis nimiū deprimaris & prosperis nimiū confidas, conditionēq; humanam obliuiscaris. Dagit. agit, ducit. Prope, aduertium fere. Fallibilē. quid enim fallacius uita diuinitum, qui sola fortuna Vīta diui pendet. Saluator noster testatur in euāgelio regni cœlestis ianuas uix diuini tum fallax ti patere. Quid enim aliud rogō hæc sibi uolunt uerba. Facilius est Camelum transire per foramen acus q; diuitem intrare in regnum cœlorū. Non enīa immensæ opes, nō carnis illecebra, nō habiti honores atq; magistratus, non dignitates, non sceptræ, nō insulae. super uniuersas orbis terrarum nationes propagatū imperium, non deniq; quicquid speciosum mūdus falso promittit beatos nos efficit, sed necq; omnia simul sufficiunt ad ueram unius dei solidamq; glæticā, multo plus macerāt, urgent, laniāt, fallūt, excruciant, perdunt q; iuuent adulentur ac palpēt. Quare si quis est qui ratione uratur, qui uelit homo nuncupari, qui de sua salute curet ac cogitet aliquando necesse est, aut hæc uniuersa contemnat aut contemnit cer te se similem præstet. Vītam. Triplex in hominib[us] inueniūt uita. Prima est infra hominē & eorū qui se quītūt intellecūtum sensualē, & appetitū. Triplex in sensualem & memoriam sensualem ut improbi & praui. Et infra hominem uenit uidebitur, q; hæc pro humana dignitate uita non est sed bruta, cum sit secunda hoībus dum eas potentias quas bruta sequitūt, immo brutorū uita inferior. Nā animalia rationis experitia illas sequendo potentias uiuūt secundū propriam naturam, q; superiores quas se quātūr nō habeāt. Homo uero dignioribus potentiis neglectis a se degenerans abiectiores sequitur, & inferiores. Et de his dicunt sacræ literæ. Homo cum in honore esset non intellexit cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. A qua quidē uita nos reuocat id Dauidicum. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus

ACTVS

nō est intellectus. Secunda uita est secundū hominē & eorū qui sequuntur medias potētias scilicet intellectū rationalē inferiorē & actiuū appetitum rationalē & uoluntatē inferiorē & memorīā rationalē inferiorē. Et dicitur secundū hominē, quia homo ita uitiēs propriā sequitur naturā, & sibi proprias exercet operationes scilicet uirtutū officia p̄ cōsultationē & electio- nem. Et hæc imitatio, quis ad superiora non fiat cōscensus, est grata opti- mo rex parenti, quā habet pīx mentis homines illiterati, aut ad altas con- templationes non eucti, & hæc eorum uita a tua dicit. Tertia uero est ui- ta supra hominem & eorum qui supremas sequuntur potētias, earūq; ope- rationes exercet, scilicet intellectūm contemplatiū uoluntatē appetitūq; ra- tionalem superiorē, & memoriam rationalē superiorē. Et supra hominem dicit, quia huīusmodi uita uiuentes hominē cōem naturam excedunt, & ad diuinorum uitā accedunt, & homines diuini uocati sunt stile heroici. Et ui- ta hæc contemplatiua dicit, proxima cōcelestium imitatrix, ad quā actiuā ui- ta ordinat, ut medium ad finē. Debet itaq; qui generoso sunt aīo primam penitus abhorrete, & a pecoriū appellatione seūe uindicare. Secundā am- plecti hominī propriā & peculiarē, & quib⁹ benignior aspirauerit natura immo uero naturae & uirtutis oīs dominus, nō debent secunda abire cōte- tis, sed tertia cōsequi, ut proximē possint diuinorē esse participes. Nihil potest perdere. Sententia est Vlpiani. Qui nō habet qd reddat ei⁹ periculo nihil est. I. Itaq; fullo. ff. de furtis. Et ideo fortuna ab eo nihil pōt arripere cui nihil mutauit, neq; uis ulla quempiā timore terroreue afficit, qui ma- gis ad naturae legē qd ad uulgi opinionē cōunem p̄ errorem uitā ducit.

Animus Seder. qetus manet. At cōtra auari irregetus animus & semp in flucti- auari irreq bus qm̄ finē in quē desinat cupidas nō haber, estq; hydrophilī similis, aut æstuantibus febribus q nullis potionibus sedantur, sed quociens bibi- tur tociens inualescunt. Sedere pro manere apud Seruum expositum li- quer. Differt autem a sedeo sido, est enim sidere deorsum descendere, pes- sumq; ire Maro. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. Vnde desi- do subsido. Idē, subsidere ualles, & iterū, subsidit dubi⁹. Sedere uero mani festē est significationi. Plau. Si non ubi sedeads locus est at est ubi ambules

Lætus Lætus. Lætiores sunt pauperes, quibus nulla est unq; dominata cupi- ditas q̄ locupletes, qui audiū infinita possideant. Vt uebat in dolio Dio- genes multo lætius q̄ alexāder in regia, & cōcaua manū potauit aquam multo iucūdius q̄ rex iste uina præciosa capacioribus scyphis. Dicitq; co'ere, ut solet pauperes, qui urgēte rex inopia studēt ardētissime, nec ul- lis uoluptatū illecebris emollītur, sed per ardua quęq; prorūptū, & secū dū Senecā experiri multa paupertas docet. Hinc græcis in ore frequens est uerbū. Paupertas sapientiā fortita est. Deum. Symonides ut notauit primo tusculanaꝝ cōmētator rogat a Hierone qd esset de⁹, deliberaudi causa sibi unā dīe postulauit. Cum idem postridie quereret bidūū petiuīt cum sepius duplicaret numerū dīe, admiransq; Hiero quereret, cur ita

Pauperes
studiosio
res

De deo

faceret, quāto diutius consydero tanto uidetur mihi res obscurior. Plato cū de deo loqui esset animatus, dicere quid sit nō est ausus, hoc solū de eo sciens, quod scire quale sit ab homīne non possit. Solū uero ei simillimū de uisibilibus solē reperit. Macrobi. in primo Lactantius. Nemine ait tā rudē tam efferis moribus qui non oculos suos in cœlum tollens esse intelligat aliquam dei prouidentiam, qua regatur hoc omne quod cernitur.

Virtute. quam ipsa rerū inopia studiente comparauit. Paupertas em̄ nisi inuitis & recusantibus grauis & indecora, ad bene beateq; uiuēdum multo aptior est, q̄ largē & affluētes diuitiae. Idq; & ipsae uite usus facile demonstrat, & cōplura probarunt exempla. Marco Antonio Sabellico peculiari uolumine obseruata, quæ uos optimos adulescētes p̄ Ouidio Iuuenale. Martiale. Tibullo. Catullo. Propertio & similibus legere, relege re atq; delegere etiā cupio. Polliceor uobis q̄niquidē & illos proh dolor cum maxima rēporis iactura relegimus hoc uno Sabellici libello, & maio rē rēp̄ uerarum cognitionē, & flagrantius uiuificantū literarum studiū quam his omnibus consecuturos. Nolite quæso decipi quibusdā deūq; hominumq; cōtemptoribus nedum philosophiæ eiusq; filior̄ doctissimo rum liberalium artium magistrorū, sed & sacrosanctor̄ christiane theologiae professorum acerrimis ororibus, hostibusq;. Sed potius animū ad bonarum artium philosophorumq; disciplinas & studium adiūgite. Hoc etenim fonte omnes deriuantur, educūturq; superiores disciplinæ. Audi quæso Calentium ad Hiaracum. Sed in primis (inquit) bonarum artiū studia & philosophorū disciplinas sectare, qđ uirtutū gen? oīm pulcherri mū puto, & qđ fortunę min? timeat mutabilitatē. Im̄pbāda est igī uobis cū M. Tullio Neoptolemi Enniani sentēti, cui Apul. & Gel. meminerūt.

ALCABITIVS GRETA ELSA

Alc. Ptolemæus in libris alarbamakalet
 Artes magisterii bonas nobis dedit
 Astrorum, & omnium quæ scire cælitus
 Homines decet stellarum & erronum situs
 Signorum amicicias & intutus graues
 Domuum locationem, ut inde singulam
 Nos rem queamus scire, siue futura sit
 Seu deniq; præsens aut præterita
 Gre. Audis quid iste astrologus augurat oscitans
 Ex circulo hoc se dicit nosse singula,

A C T V S

Vis ut loquamur de tuo thesaurulo?

Els. Quid ni c̄ libenter Alc. Ecquis est? Gr. aliqua Alc.

Els. Est foemina priuata, paupera, egena, inops. C̄ q̄s est

Gre. Tace, Alc. hæc domus non pauperes, sed diuites

Amat, repellit pauperes, abite dum.

Astrolo
gia

Ptolemæus. Verba sunt astrologi commendantis astrologiam, quam tamen diuina lex eiusq; interpres theologi, lex item pontificia & lex ci- uilis damnarunt. Et poeta q̄roq; modeste uanitatē illius ostēdit, cuius p̄fes- sores a ueteribus chaldaei mathematici genethliaciq; uocantur, & proprie astrologia ipsa genethliologia uocanda est, ut tradit Politianus in panepi- stemon. Alarbamakalet. Ptolemæus ille astronomus tempore Alexā- dris fecit lib̄um quē propter tractatus quattuor non appellamus quadri- pertitum. Sed Arabes nominant alarbamakalet. i. quattuor tractatum. Hunc allegat Alcabitus eo uocabulo arabico, quod sic scribatur, alarba makaler. Nam al articulus est, arba quattuor, makalet uirgas mensorias significat, qua agrimensores agrorum līmites & fīnes discernūt & partiūt. In arabum commentariis ut refert Crinitus perelegāter multa ac eru- dite scripta sunt, tum ea maxime quae hic Alcabitus recenser, quae ad coeli syderumq; potestatem ac disciplinas pertinent. Necq; uidetur apud alios quidem populos fuisse studium acrius, aut maior solertia in astronomicis speculandis. Bonas artes, scientias regulas præcepta. Nomine artis ut Clichthouę tradit doctrinas, scientias & disciplinas intelligimus, licet idē non sint. Est enim scientia conc̄sionū demonstratiuus habitus. Ars uero est habitus circa ea quae aliter se habere possunt, uera cum ratione faci- uis. Disciplina per sensum acquiri potest. Doctrina autem per se ipsam ha- beri non potest. Si quidem quis per se discere potest. Doceri autem non ni- si altero tradente. Et quia altero tradente quis discit, & etiam per se discit fit ut omnis doctrina disciplina dici posse uideat. Non possit autem disci- plina omnis dici doctrina. Seruus artem dictam putat, q̄ arctis. i. angu- stis & breuibus præceptis cūcta concludat. Artes quandoq; pro morib; accipiuntur, quandoq; pro astu & fraudulentia. Artiti bonis imbuti arti- bus dicuntur. Magisterii. quadriuui, cuius periti magistri appellantur Magisterium aliquando accipitur pro ipso magistratu, ut apud Plinium dicitur magisterium equitum pro ipsa dignitate magistri equitum. Item magistri dicuntur maiores magistratus, unde magister populi apud anti- quos is dicebatur, quem nos dictatorem Animaister, uel similis uoce nūcu- pamus. Magistrare est moderari & regere. Unde magisteria & magistra- tus dicti. Paulus iurisconsultus. ff. de ierb. signi. Quibus inquit præcipua cura rerum incumbit, & qui magis q̄ cæteri diligentiam & sollicitudinē rebus quibus præsunt debent, hi magistri appellantur, quinetiam & ipsi

Alarbama
kalet

Scientia

Magistri

Ars
Disciplina
Dot. Trina

magistratus per deriuationem a magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet discipline praecptores magistros appellari a monedo uel modo strando. Sicut & nostrę uillanę ipsum Alcabitium magistri nomine appellant. Greta magister esset ista abundans maxime. Elsa circa finē. Tene magister. Noui ego quosdam ex prudentibus huius seculi qui magistri appellationem multo ære abdicare uellent, uel quod desertis bonis literis indigños se iudicent hac appellatione. Vel q̄ suis nouis tum nobilitatis, tū auctoritatis titulis inde dispendium & iniuriam credant afferri. Sed nimis stulte, quoniam hoc honorandū nuncupamē salvator noster non deditus est. Sed & ipsum dum ait uos uocatis me magister & domine. & bene dicitis, sum etenim, honori & uirtuti consecrasse uidet. Astrorū. Astra Astra ut inquit Phurnut⁹ quasi astata hoc est instabilia, sed differt astrū & aster, quoniam illud plures, hoc unam stellam significat, ut græca testantur monumenta, & apud latinos Aurelius. Macrobius aduertit, qui inter sydus & stellam id ipsum quoq; discriminis annotauit. Theon quosdam uoluisse scribit ut aster una sit stella, quæ nec secundum se moueat, ut Saturni & Iouis. Astron uero collectionem esse plurimum stellarum, ut leo caner & similia. Inueniota men solem astron proprie dictū esse, quē Pindar⁹ uocat astrō hypertatō, i. supremū astrū Cæte rū sydera pro stellis & astris & ecōtra sepe sumuntur, q̄rum natura nō diuersa est ab orbe, in quo sidūt dēsior tñ ut Aristoteli placuit. Picus & Clichthoueus. Stellarū. stellas a stando fixas esse uoluerūt, ut sint aliae a planetis. Erronū. nō error, lege Errones planetę a Nigidio primū appellati, auctore Gellio a uago errore quē in sphēris retinēt. Nam πλάνης, græce uagabund⁹ est, & erro latine quod definitū est auctoritate Labeonis i. si consulti, erronē esse inquietis p̄frequēter & sine causa uagat, seruq; ad dominū reuertitur. Dicebatur aut & id ipsum uocabulū nō tm de stellis, sed etiā de hominib⁹, idq; Hora tius in sermōibus in singulari numero, p̄tulit inquiēs fugitiuus & erro, & Tibull⁹ Atq; iterū errone sub tua signa uoca, qđ & in elegia dicitur ad Phaonē quę sub nomine Sappho legit. At nos erronē tellure remittite nostrum. Planetę seu errores numero sunt septem, in quos mathematici ipsi & chaldaei uniuersam hominum ætatem referunt, ut quæcunq; in uita agantur, ea quidē statis certisq; temporibus planetæ ipsi propemodū efficiunt Luna inquiunt ab ipso natali usq; ad quintum ætatis annum moderatur atq; disponit, sequēs Mercurius per decenniū. Venus per annos octo, sol undeviginti. Mars quindecim. Iuppiter duodecim. Saturnus reliquum uice tempus. Necq; illud ignorandum aliam fieri diuisionem ab aliis auctoribus de hominum ætate. Nostrī enim lung infantiam, pueritiam stilboni seu Mercurio, adolescentiam Veneri, iuuentam soli, uirilratem Marti. Senectutem Ioui, senium Saturno adscriperunt, adeo ut singulis sua q̄q; officia & affectus tribuant, idem afferunt per solis imaginem hominum uitam significari, ex quo ab ipso etiam sole cerebrum & corda regicon-

Errones

A C T V S

firmant, lingua uero & os Mercurio, splenē a Saturno, epar a Ioue, sanguinem a Marte, renes & genitalia semē a Venere, stomachum a luna. Sed & singulis quoque signis quae in zodiaco mouentur, ut ex postea notandis palam erit, suas humani corporis partes dederunt.

Intutus

Signorum amicitias, id est coniunctio[n]es astrorū & cognationes, de quibus agit Firmicus libro astronomorum secundo cap*itu*e xxvi.

Intutus graues. aspectus uule dicere oppositos trinos, quartiles & sextiles. Dicitur autē intutus quasi intuitus a uerbo tuor, quod significat uideo

Domuum locationem. Non ciuilem de quo in iure de locato & conducto, sed astrologicā. Dicūt̄ autē duodecim signa coelestia, quia nota quo rūdam animaliū sunt. Signum nancque nota significat, quae facinorofis uel pecudibus inuritur. Sculptile tamē opus quod ad alicuius effigiem formatum est plerunque denotat. Hinc tabulas & signa pro celatis operibus atque depictis usurpamus, proprie tamē signū est parua quædam significatio indicans totius rei qualitatē. Terentius Numeius color pudoris signum usquā indicat, hinc literarū notæ signa dicitur. Signū diuus Augustinus in secundo de doctrina christiana his uerbis definit. Signum est res præter speciē quā ingerit sensibus aliquid aliud ex se faciens in cogitationē uenire. Signum etiā dicitur uexillū ab effigie animaliū quae in uexillis ferri confueuerunt. Hinc signiferi dicuntur uexilliferi, & signifer circulus zodiacus, de quo mox plura. Signifex statuarius, qui scilicet facit signa, hoc uocabulo usi sunt Apuleius & Martianus & diuus Augustinus in libro de grammatica sic refert. Ad hanc formam declinabilis aurifex arti sex carnifex signifex, qui & alio nomine significus dicitur.

Sunt autē planetarū domus signa zodiaci, aries & scorpius dom⁹ Mercurii, taurus & libra domus Veneris, gemini & uirgo domus Martis, cancer domus lunæ, leo domus solis, sagittarius & pisces Iouis, capricornus & aquarius Saturni, sed nec hoc prætereundū que nonnulli planetarū amici dicitur, quidā inimici nominātur. Nam amici Saturni sunt Iuppiter sol, luna, Inimici sunt Mars & Venus, Ioui amici sunt omnes præter Martē Martis amica sola Venus est, cæteri inimici, Solis amici sunt Iuppiter Venus, Inimici Mars, Mercurius, Iuna. Mercurii amici sunt Saturn⁹, Iuppiter Venus, cæteri inimici. Lunæ amici sunt Saturn⁹, Iuppiter, Ven⁹, alii inimici. Augētur autē uel immiu[n]t̄ tur tū odia, tū amor per aspectus, ideo dixit intuitus graues ad odia seu oppositiones ut dixi denotandas. At quæres quo nam pacto se aspicere dicuntur. Cum in eodē signo & gradu sunt coniuncti dicūt̄, contra uero separati nomināt̄. Si autē per sextā partē zodiaci hoc est per duo signa distant aspiciunt se aspectu sextili, qui est amicicæ imperfectæ. Si autem per tertiā zodiaci partē distant id est per quattuor signa trino aspectu se respiciunt qui est amicicæ perfectæ. Si uero per quar tam partē zodiaci id est per tria signa opponuntur quarto se aspectu intuetur que est inamicicæ imperfectæ. Si autē per sex signa distant oppositi dicūt̄

Signiferi Signum

S E C V N D V S XXXII

qui aspectus est perfectæ contrarietatis. Quatuor igitur aspectus sunt sex
talis trinus quartus & oppositio. Nam cōiunctio propriæ aspectus dicitur ne-
quit, & uim fortitur ut quidam tradūt per gradus duodecim ante & post.

Singulam. prisce, quod nunc pluralis numeritū est, ut quidam tradūt.

Rem. negocium. Appellatione rei opes modo significant, ut apud Au Res
sonium nō auxi nō minui rem, qñqz nomine rei notatur imperiū lis & co Recula
tus. Ausonius. Imperiū, litem, Venerē cur una note res, refert M. Tullius
nōdū inter iurisconsultos esse cōstitutū, utrū rem an litem dīci oporteat, qd
Beroal. notauit quarto in alinū cōmentario. Huius dīminutiū est recu
la, qua tum uoce eleganter utimur cum exprimere uolumus tenuiculum
patrimonii & supellectile opido q pusillam. Scribit Priscianus noīa quin
tæ declinationis semi nina abiecta s, assumere cula & facere dīminutiua.
Quid si placeret rem, id est effectū intelligeres ut sit sensus, sicut astrologi
de se iactant. Inde id, est ex astrorum planetarum coniunctione, oppositio
ne, seu quāvis alia sibi cognita dispositione secundū leges suas cognoscere
possimus, quō referendae sint ad suos effectus singulæ cause & uniuersales
potissimum. Nā ut probat Hali in centilogio Ptolemaei astrologū oportet
non nimis ad particularia descendere, qd & infra inuit Alcabitus dum
inquit astronomiae leges uerant plus dicere. Oscitans. id est ociosus & Oscitans
torpens. Oscitatio em est animi ocium & securitas, dicta ab ore ciendo id
est commouendo. Teren. Inter oscitantes opprimi, uide Donatum.

Augurat, licenter pro auguratur, non ab auibus sed ab aura.

Circulo. siue sphēram dicere uult, seu círculos astrolabii. In sphēra &
cælo non reuera quidem existentes, sed imaginabiles duplices sunt circuli
maiores & minores. Maiores sex numero, æquator sphērā in duo æqua
lia diuidens secundū quamlibet sui partem ab utroqz polo æque distans;
sic dictus qm sole ipsum transeunte qd bis in anno in principio arietis scil.
mense martio, & principio libræ mēse septēbris cōtingit, toto terrarū orbe
æquinoctiū & dies noctiæ æqualis est. Zodiacus æquatore diuidēs dicitur, uel a
Zōdīacō qd aīal significat, qm xii. aīalia in se habet, uel a Zōdīacō, qd est uita,
quia omnium inferiorum uita secundum planetarum motus sub ipso esse
dīnoscitur. Colurus solsticiorum qui & declinationum dicitur per princi
pia cancri & capricorni per polos ecliptice pariter & polos mundi transi
ens. Eclipticā autem intelligent circularem lineam in media zodiaci lati
tudine ipsum in duo æqua partientem, & ultro citroqz sex latitudinis gra
dus relinquentem. Dictamqz uolunt eo q nunq solis aut lunæ deliquiū &
eclipsis contingat, nisi eorū uterqz sub ea linea in eodem uel oppositis gra
dibus decurrat. In eodem si solare sit futuri deliquiū. In oppositis uero si
ipius lunæ, Colurus æquinoctiū transit per principia arietis ac libræ &
mundi polos. Meridianus per punctum uerticis & polum mundi transit.
Est aut punctum uerticis quod & zenith dicitur in cælo punctus directe rei
superpositus, Horizon quem finitorē qz dicunt superius hemisphærium

De decem
coelestibus
circulis

A C T V S

id est dimidiū sphæræ ab inferiori diuidit. Estq; is in quē sub diuo consistētium circūducentiūq; oculos uidetur obtutus deficere, qui & partem cæli uisam a nonuisa dirimere cernitur. Minores círculi quatuor, arcticus quē polus zodiaci ad motum prīmū mobilis circa pólū mīndi arcticū describit, Antarcticus quem alter polus zodiaci circa polum mīndi antarcticū causat arcq; describit. Nuncupamus autem pólū zodiaci punctum undecimq; ab ecliptica æque distante. Tropicus cācri quē sol in principio canceri extens ad motū prīmū mobilis describit, qui & solsticīū æstuū dicit. Tropicus capricorni quem sol initū capricornitenens ad motū prīmū mobilis describit, hunc etiā circulū brumæ dicimus. Ita summatim sunt decē colestes circulū quorū frequens memoria sit a scriptoribus eorundēc; interpres.

Thesaurus

Thesaurulo per diminutionē a thefauro, qui est secundum Paulū uetus quædam depositio pecunia, cuius non extat memoria ut iam domum non habeat, sic em̄ fit qui inueniterit quod non alterius sit, alioquin si quis aliquid uel lucri causa uel metus uel custodię considerit sub terra nō est thesaurus, cuius etiā furtum sit. ff. de ac. re. do. l. nunq;. Aliqñ tñ thesaurū dicitur, cuius extat memoria & dñm habet, ut notat glo. in uerbo thesaurū insitu, de re. diui. & ita hic capitulū, & in euangelio. Vbi est thesaurū ibi & cor tuum erit. Ponitur interdū pro loco in q; aurum uel alia p̄ciosa recōduntur, ut est illud, & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera aurū thus & myrrham. Quid nī quare non, comica locutio, Donatus est inquit quid nī, aut quid nisi aut cur non, quia ueteres nī pro ne ponebant, & ne p non. Fœmina. a femore siue feminē feminas dictas purant, aut quia in feminē discretio sexus est, aut quia feminib; crassiorib; sunt, ut tradunt physici ob onus scutum sustentandū, uel quia in Venerem sunt magis pronæ, cuius sedes in femoribus quoq; ponitur. Est em̄ uulua: cum femoribus coxis & inguinibus cognatio quædam dicente Cornelio, cum uulua percussa est dolor inguinibus & coxis & femoribus est. Sed femur etiam in sacrī literis pro opere nuptiarum poni affirmat Hieronymus. Feminā quoq; inferiores partes significant. Nam a flexu dicta uidentur, ubi em̄ iū clura cum flexu pedis est femina dicuntur. Plautus in asinaria. Quibus obtritæ ad femina erant ungułæ, a femine uel semore feminalia & femoralia dicuntur. Femoralium meminit Suetonius in Augusto. Subligar quoq; & huius partis tegmētū est, ad honestatē excogitatum. Martialis. Si pudor est transfer subligar in faciem. Dicitur etiam subligaculum in eadem significatione, cuius Tullius in officiis meminit. Campestre quoq; & pudēda tegit ad exercitationem campi excogitatum, & est uelamen admodū breve, quæ alio uocabulo succinctoria dicuntur, de quibus sic beatus Augustinus de ciuitate dei. Campestria id est succinctoria posuerunt, porro autē campestre latīnum quidem uerbum est. Sed ex eo dictum q; iuuenes nudū exercebantur in campo pudenda operiebant. Unde qui ita succincti sunt campestratos uulgas appellat, hac tenus Augustinus, sed Hieronymus illa

Campestre

uocauit in primo geneseos perizomata, nam uterque de primis patribus loquitur. Sed haec regneta pudendorum quidam inquit Narnien, imperiti brachas appellat, ad quem te remitto, qui latissime id explicat, & quod brachia proprie sint demonstrat. Priuata. Spoliata, & intellige thesauro & locu^r Priuata p*ro* lo suo, uel priuata, id est abiecta uilis, quae nulla sit in dignitate constituta, sonat qua conspicibilis esse possit. Aduertendū priuatas personas bisariā dici. Primo modo eas quae non sunt constituti in aliqua dignitate. Secundo eas quae sunt a iure cōmuni exemptae, quas iurisperiti priuilegiatas appellant cuiusmodi sunt milites, mulieres, minores & id genus aliae. Hinc priuilegiū dictum priuatiū ius contra ius cōmune. Nam nisi aliquid indulgeret nō esset priuilegiū. Priuū enim significat singulum ex auctoritate Lucilii scribēte Marcello. Hinc Festus priuos priuatis antiqui dicebāt, pro singulis, ob quam causam & priuata dicitur, quae uniuscuiusq*e*sunt, & priuilegiū quasi priuata lex ut not. iii. dist. c. priuilegia. Quocirca cenfet Gellius iussa de singulis cōcepta priuilegia uocari debere, quae ueteres priua dicebāt q*uo* nos singula, q*uo*d & Catanaeus obseruauit. Paupera. secundū ueteres. Nūc Paupera pauper cōmuni generis diciū, ut supra pauper lacerna. Sed etiā interdū triū, vt lis de paupere regno, & illud pauperis & tuguri cōgestū, ut nota rūt Picus & Narnien. Egena, inops, dialytō figura, de qua supra. Inter egestatē & inopiam paupertatē & indigentia dicitur ex placito grāma Egena tīc orū annotatiū est, de paupertate & pauperie in prima quarti mentio si et. Domus. nō ædificiū ad habitandū factū, quod tecū parietibusq*e*cōstat intellige, q*n*quidē domus amare nescit. Sed p*ro* familia domū ipsam Domus habitante, cuius caput diuinaculus Alcabitus auariusculus erat accipe. Est autē domus secundū economicos ea uita cōmunicio quae ex duab*o* so ciētatis uiri scilicet & uxoris domini atq*e* serui coalescit, hancq*e* pri mā & maxime simplicē uolunt. Hinc scite Hesiodus in suo poemate dixit in primis domus est uir, cōiunx, & bos arator, quia bos pro seruo pauperibus habebatur, auctōr est Aristote, capite primo politicor*u*, & capite secundū doceconomicor*u*, & ibi peregregie notata Iacobi Stapulen. Nec ignorā dum q*uo* domus facit gtm domus & domi, dtm domui, actm domū, vt m̄ domus, ablaciū domo, quanquā Plautus in milite domu dixit, sicut ilau ru pro lauro. Sed cū dicimus domi, locū significam*o* in quo quis manet. Cum uero domus tūc ædificium ut domi maneo, non domus. Et partem domus demolitus sum, non domi. Et superiora domus ascendit non domi. Domi & in domo idē signifi. In domo furtum factū ab eo qui domi fuit. Quintilianus. Huius nominis diminutiua sunt domuscula domuncula & domūcio. Apuleius. Nec domuncione paro. Abite dum. dum syllabica adiectio & uehementiam designat, ut in Terentio Sosia aedes dum.

Gre. magister, esset ista abundans maxime.

Siper furum licuisset heu petulantiam.

A C T V S

Nam hoc tempore est præreptum huic peculium
Quod humi defossum habebat, Alchora cedo qua^c
Gre. Iam circiter secundam. Alchoc est scitu dignum

Maxime

Maxime abundans. pro abundatissima. Nam ut Dathus docet in axi
me aduerbiū positiuo iunctū, dat uim superlatiuī. Heu. uocula est com
miserantis hoc loco. Petulantiam. improbitatem, alias lasciuiam signi
fīcat. Nam petum lasciuum dicunt a petendo, a quo petulans & petulcus
Vnde hedos petulcos & meretrice s petulcas dīcīmus.

Petulantia

Hoc tempore. non instas quo haec loquitur anus respicit, sed qd modo
effluxerat. Tu tamē aduertere q definiit p̄tm t̄pus esse ips pars prior, & q
exa. ta est, q si nō multū a p̄sente primo distat, dicit p̄tm actū, & t̄pis p̄s
se ntis est pars. Si uero multū distat, ab imparibili nobis adiacente dicitur
p̄tm potentia & non est pars t̄pis p̄ntis. Sed hoc magis ad philosophiae
naturalis studiosos q grāmaticæ alīnos spectat. Præreptū. i. sure. preoc
cupatū. Peculiuī. quod Vlpianus aī dīctū, quasi sic pusilla pecunia, siue
pusillū patrimoniuī. Sed ego inquit Landinus puto peculiuī esse. quicquid
nostra industria acquiritur in quacūq fortuna sim, si uiberi seu serui, &
id sensisse senes pecunia sine peculio id est sine nostro lucro fragilem esse.
Peculium Labeo diffinit esse id quod seruus domini permisso separatim
a dominicis rationibus habet. Sed & domino peculium esse posse ostēdit
Cellus & Castrense peculium esse, quod a parentibus & cognatis militiæ
degentibus dōno est dīctū, uel quod filius mi itiē acquisiuit. Sane peculiuī
pprie est seruor, a pecore dīctū sicut & pecunia nobiliū, secūdū Festū, Vi
rū quia serui qui a seruādo dīcti sunt, eo q occidi potuissent in bello cōser
uati sunt, quæcūq acquirunt dominis acquirunt, p̄ter peculiuī quod ei s do
mini pmisso pprium est, ideo peculiare uocamus qd cuiq proprium est,
nec cū aliis comune, sed tamē illius labore atq industria partū & acquisi
tum. Humi. in humo, sub præsepio scilicet. Cedo. idē significat cedo
qd dīc mihi, ut ait Donatus & da uerbum est comicū. Plaut^o, Cedō manū

Cedo.
Hora

Hora. Horæ a sole nomē acceperunt, qui apud ægyptios horus appellatur.
Macro. Ouidius horas deas celeres appellavit, easq solis ministras de
center cecinīt, cum ex cursu solis confiant. Horar, duo sunt genera. Aliæ
enim æquinoctiales aliæ uero vulgares siue temporales dīctūt, æquinoctia
les paribūs interuallis numero uiginti quatuor diē noctēq cōficiunt, qua
les sunt in æquinoctio utroq autūnali scilicet & uerno, & h̄ semp æqua
les. Vulgares uero sunt quibus diēs tam lōgius q̄ breuis per duodenā in
terualla diuiditur, unde fit ut id genus horæ die æstiuo sint lōgiore, bru
mali breuiores, & h̄ semp̄ sunt inæquales, quia sunt modo cōtractio
res, modo productiores, quod copiose Beroaldus in sexto in asinū cōmē
tario explicat. Cæterū aduertendum apud poetas horā æstiuā significat
lōgioi ē horā vulgare scilicet nō æquinoctiale, cōtra uero hybernā horā bre
uē, spaciūq angustioris. Est aut̄ hora numerus sexaginta minutor, quorsū

SECUNDVS XXXIII

unū prius durationē habet, & aliud posterū eius succedit, qd gdē de physi-
cis & nō de uulgaribꝫ minutis intelligēdū est. De horario itē solario Pius
in milite glorioſo, quē uidere potes, q̄ loco uideſt nō nihil exactius p̄cep-
re Beroaldo obſeruasse. Circiter modo ad tēpus, modo ad locū modo
ad numerū refert, lectori ultro se exēpla offeret. Scitu dignū ut ſciat. Ex-
trema ſupina cū hiſce adiectiuis facile difficile mirabile horrēdū dignum
rarū turpe effabile & ſimilibꝫ poſta paſſiuā ſignificat. Exponūt em p ſu-
turū opratiui paſſiuā uocis adiuncta diſtione ut hic ſcitu dignū i. dignitū ut
ſciat, nec debet unq̄ ultima ſupina ponī cū uerbis motū de loco ſignificā-
tibꝫ, ut non recte dicimus uenio leſtu ſed uenio de legēdo uel de lectione,
qd ipſa ultimi ſupini ſignificatio quā ſemp paſſiuā eſt apertiflīme oſtēdit.

Supina

Aries, dein taurus, dein gemini, dein

Cancer, dein Leo, dein uirgo, dein

Et libra, tum ſcorpio, malum hoc ſignum notat

Els. Quin pefſimum Alc. tacete, Sexta domus cadens

Rurſus malum, mulier rogo qua parteſ quo

Mōmentor & hore punctulo, quo ue atomoſ

Els. Ecaſtor haud meminiffe poſſum, horologiumq̄

Aedituus ille noster indocte regit

Aries. incipit numerare a ſigno aſcēdēte quouſq; pueniat ad horam
circiter ſecundā post meridię. Nō alienū uideſt hoc loco annotare Marci.
Maniliꝫ poetæ uerſus de duodecim zodiaci ſignis, nec nō eorundē expla-
nationē huic expoſitioni ſubiliſere. Pr̄cipue cum eiusmodi yſiculi pluri-
mum cōueniāt huic loco, ſintq; ex ſecretariis astronomiē deprōpta, & ob
id non minorem certe ut Criniti uar uerbis eruditioñem q̄ gratiam &
uenustatem retineant. Sunt igitur hi Maniliꝫ uerſuſ ad Auguſtum cæſarē,
quos Crinitus etiam operi ſuo inſerere non indignum iudicauit.

Accipe diuinas hominis per Sydera partes

Singulaq; in propriis parentiis ſigna figuris

In quīs pr̄cipua ſtoro de corpore uires

Exercent, aries caput eſt ante omnia princeps

Sorritur censuſq; ſui pulcherrima colla

Taurus, & in gemini æquali brachia forte

Scribuntur connexa humeri pectusq; locatum

Sub cancro eſt laterum regnum ſcapulæq; leonis

Virginiſ in propriam descendantū illa ſortem

Libra regit clunes, & ſcorpius inguine gaudet

Centauro femora accidunt, capricornus utriſq;

Imperat, in genibus crurum fundentis aquari

Arbitrium eſt, piscesq; pedum ſibi iura reponſunt

Carmiña
Maniliꝫ de
xii. ſignis
obiter ex-
poſita

A C T V S

Aries

Aries princeps. signum primum in cœlo masculinum equinoctiale , re gale, ignitum, forte, ueridicum, quadrupes, semicorporale, oculis languidis, erraticum, quod a græcis κριός dicitur indomitum, consonans impurum libidinosum. Est sortitus ante omnia ex compage humani corporis caput & sensus. Vocat autem arietem principem, quia primus inter signa locum obtinet, quod cum solem recipit incipit fieri generatio, omniaque nascentia recreantur. Sed huius astronomicam dat rationem Firmicus. li. iii. astronomiæ corum ca. ii. sed relata adolescentibus intelligibilior, & ob id principalius humani corporis membrum sibi uendicauit, quod tanquam principaliorē partem antiqui nudabant, ad reverentiam ostendendā, ut Narnieñ. refert. Pompeius eum qui primum locum coepit & primo loco est, principem appellat, Nec solum qui rerum dominus est, sed & qui uel auctoritate uel scientia uel diuitiis prestant, idonei scriptores principes appellantur. Hoc ueruece aries distat, quod ueruecem uocant arietem castratum, & cui dempti sunt testiculi, a uerfa natura dictum, ut interpretabit. M. Varro, Mitigari autem ferociam arietis, quod transfiguratur in ueruecem exectis genitalibus. Opiliones & ouiarii pastores optime norunt. Aries integer frequenter in pugnam pro currit, & in foeminas quoque procacior, nec non riualem uiolentissime persequitur. Vbi sit ueruex mitigatur & mäsiuescit, ex septimo Beroal. in astri nunc cōmen. Sol ut Antonius Fanenlis supputat xiii. calen. aprilis transit in arietis signum, quod eodem referente constat decem & septem stellis, quod & una cum sagittario Cleostratus primus intellectus dicit, qui perceperit & cetera signa zodiaci primus omnium auctore Plinio. Iouianus Pontanus cuius scripta cū antiquis Aldo teste certat scribit arietem qui traiecit Phryxum hunc esse qui inter signa primus obtinet locum. Varii uaria de eo sentiunt & fabulatur. Caput. dicit totum illud quod collo sustentat, cuius summitas quia ad occipitiū in declive uertit, nuncupatur uertex. Iuuena. Tot res impositas capiti quas recto uertice portat. Habet etiam pro alterius rei altitudine. Virgili? Sic uertice cœli constitit. Idem pro polo. Hic uertex nobis semper sublimis. Capitis anterior pars syncipit. Posterior uero occiput & occipitiū discitur. Caput autem dictum est uel quia sensus capiat, uel ut Varroni placet, quia ab eo sensus initium capiat. Hinc Manli? sensus quoque subdividit. Secundum Criniti lectionem si modo fideliter excepti sunt archetypo qui circūferuntur libri. Nam Aldinis excusitypis pro sensus quoque, habent censuram sui, cui lectioni lubentius ipse quoque subscribit. Nihil enim desiderabit carmen, quod secundum primam lectionem mancū & multū esse deprehenditur. Tu autem duplice scias esse sensum, si primam amplecteris lectionem. Totum scilicet quies est tota sentiendi uis siue uirtus per totum scilicet corpus diffusa, & cuiuslibet obiecti sensibilis perceptiva. Alterum autem particularē seu p̄ se sensus, qui alicui corporis parti addictus est, aut particulare tamen sensibile percipit, ut uisus oculo, auditus auribus, tactus solū qualitatibus tangibilibus percipi

Caput

endis aptus. At hæc secretis philosophiæ initiari uolentibus de promeda
Militibus grāmatice quibus scribimus & comportamus hæc sat nunc sit
nosse. Sensus esse qui sentiunt, sensa uero quæ sentiuntur. Sensile dicit Lu
cretius quod sensu subiectum est. Insensile quod sentiri nō potest. Ex insen
silibus ne credas sensile gigni, & licet cōsuetudo teneat ut mente cōcepta
sensus uocetur, sensus tamē proprie corporis sunt, unde uisus audit⁹ odo
rat⁹ gustus & tactus quinç corporis sensus appellatur. Sensus intellect⁹, Sensus
appetitus eo differūt, q̄ sensus nullius rei agendæ principiū sit, sed tm ap
p̄hendat. Intellect⁹ eligat se qui uel nō sequi. Apperit⁹ uero sequat aut uitet
Cupidi aīt eruditionis de sensibus eorūdē organis uirtutibus potentiis
si grāmaticę dialecticęq̄ rudimēta ac reę naturaliū superarūt, libr̄os de
anima Aristotelis incōparabilis frugis reuoluāt, diesq̄ noctesq̄ uersent.
Nam ubi se ex poetaꝝ uel pulpito uel lectione sola sperabunt quandoq̄
intellecturos, reuera se ipsos decipiunt, tandem secum grauiter questuri po
eticis figmentis operā dedisse diutius q̄ par sit & æquū, tum in amaritudi
ne animæ suæ iacturam irreuocabilis tēporis in uano & sterili studio sup
putabunt, cum hoc studio non secus ac seruis seu ancillis utendū censeant
q̄plurimi & melioribus literis & moribus prædicti, quales Pici. Faber. alii.
Dein. & exinde & exinde, auctor Cicero in oratore.

Taurus. Secundū signū in cœlo femininū. Septentrionale, terreum me
lancholicum fixū unicorporeū quadruipes domesticū uictiosum, paucorū
filiorum libidinosum, diminutæ uocis uigens in meridie, obliquū ponde
rosum, unius negocii impar irrationale facile ac membrorum abscessorū
est fortitum colla. Taurum a toruitate dictum putant. Sol aīt hoc signum
secundū Cōlumellā īgreditur xv. cal. māias. Ouidius uero libro quarto
fastorū scribit q̄ undecimo calendaras māias solexiū arietem in taurū tran
sicū faciens. Fabulatur Ouidius cui & Pontanus subscrabit taurum in coe
lum relatum, q̄ Europam in Cretam insulā trāsuexerit in columem, ut Eu
ripides quoꝝ fabulatus est. Constat aīt taurus ut notat Fanē, ex Iginio
xiiii. stellis. Qui nona capite sed a dorso in ortum ferri dicit⁹ a Seruio. Hūc
nonnunq̄ poetę maiorē uictimā nuncupant, uel quia ariete maior est, uel
q̄ triumphantiū uictima sit, qui auctore Seruio albis sacrificabant tauris,
quāle hunc fuisse constat, hoc boni poetæ uersu. Candidus auratis aperit
quum cornibus annum. Pulcherrima colla. Collū ex duobus constat
ceruice scilicet posteriori & gula anteriori. Ceruix aīt eo loco quo flecti
pot̄ initū capie, hæc em̄ est ceruicis cōmoditas ut ad dextrā sinistrāue pri
orū, retrorsumq̄ uertatur, cōstat em̄ ex ossib⁹ orbiculatim uertebratis,
ex quibus fit ad circūspectū facilis. Hinc est q̄ quos flectere nec regere pos
sumus ceruicis durę uocam⁹, in hac iugū pondusq̄ plerūq̄ imponit h⁹
ceruicis anterior pars gula dicit⁹. A collo decollaū uerbū & collare nomē
descendunt, primū oībus notū, secundū aīt pro uinculo colli accipi sentit
Nonius. Frumen & rumen colli partes interiores sunt, correspondentes

Taurus

*Sol q̄nigr
līt⁹ taur⁹*

Collum

V A C T V S

eminētiae quæ in gutture appetet. Sed a frumine fruges dici putat Serui. Et rumen ex se rumino uerbum facit, q̄ Mātuanus principio primæ æglogæ usus est. Est autem ruminare cibum ad rumen reuocare, iterumq; cōficere. L. Columella. Propter quæ bos neq; ruminat neq; lingua se detersit. Sunt igitur a bestiis trāslatione latinitas ruminare pro eo qđ est in memoriā reuocare in usu habet Nonio teste. Sunt qui a colendo collū dictum putat, quia hæc præcipue corporis pars torquibus ac monilibus excoli & ornari confueuit, de cuius ornamentis Narniensis, alii.

Brachia

Brachia. -connexa humeris, a quibus dependent, quorum quidem humerorum latitudo ut tradunt physiognomiq; magistri fortitudinem pariter ac prudentiā indicat, ut de Platone dictum Seruius existimat. Fuit em̄ Plato athleta fortissimus post uictoriam secutus philosophiam, datur etiā in his vitæ prognosticon, qui enī humeris incuruis sunt lōgioris uitæ putantur. Humeri enī dicuntur armi, a quib⁹ arma ut Festus ait, qnī am ab armis id est humeris dependebant ut moris antiquis erat, quē Carni & illyricæ gentes hodie præ ceteris obseruare uidentur sed nunc usus obtinuit ut armi brutorum dicantur magis.

Armillum

Armillum autē uas in sacris dici putat Festus, q̄ armo id est humero deportatur. Armilla uero feminino genere quod Beroaldus in Propertio notat brachiorū dicuntur ornamenta Brachium quod maris, montium, arborū dicitur, aliquādo totum mēbrum, etiā cum manu comprehendit.

Bra chium

Virgi. Brachiaq; ad superas interritus extulit auras. Brachium, p fortitudine potentiaq; nonnunq; accipitur, quod in eis magna uis cōsistat, quod & interdum uocatur ab humero ad cubitum, i. pars superior quæ arm⁹ dicitur. Nam armos humeros cum brachiis sed non e contrario dicimus, a cubito uero usq; ad uertebrā manus lacertus nuncupatur, ex Narnienī, qui ex aste de humanis membris, non tamens sine inuidia, perscripsit.

Gemini

In geminis. -quod est signum in celo masculinum, cōmune, bicorporeū bipes, rationale, pulchrae uocis, alatum, sterile, uigēs in occidente medium inter leue & ponderosum, duorum negociorū, par se pentrionale acquirens euacuanſq;. Cæterum secundum Varronē sunt Hercules & Apollo secundum alias Castor & Pollux, quos Iginius interisse scribit, dum Sparcana ciuitas oppugnare tur, licet Ouidius in quinto fasto, aliter fabulet. Nautæ Castorē & Pollucem ut Plinius meminit in mari inuocant. Nam Neptunus ut scribit Iginius Castori & Polluci dedit potestatē naufragis saluti esse, eorumq; sydera alternis dieb⁹ lucere aiunt. Alterius uero syd⁹ habet octo stellas, alterius decem, quæ se ita habent ut occidente una oriatur altera. In hoc signum trāslit sol secundum Columellā & Ouidium xii cal. iunias, at aliū dicunt xiiii. cal. iunii. Sciendum etiā quosdam scripsisse geminorum sydera Iasonē & Triptolemum esse. Cæterū gemini pprie dicuntur duo. Vnde bonus poeta. Sunt geminæ somni portæ, nam si tres sunt ter gemini dicuntur, si quatuor quater gemini. Qn̄q; etiā ut Marcel-

S E C V N D V S XXXVI

docet geminos vocamus, qui uno parti sunt editi, etiam si tres vel quattuor vel plures nascerentur. Legitur tamē apud Aristotelem de historia animalium. In genere humano paucos geminos seruari si alter mas sit, alter feminina. Item pro simili q̄nq; geminus ponitur, ut apud Pacuvium.

Pectus

Pectus. quod a iugulo hoc est gula incipit, & ad stomachum desinit, duobusq; lateribus concluditur, ad alasq; se extēdit. Incipit autem iugulus ubi desinit esse collum, qui quasi lacunam quandam efficit, quae cedi obnoxia est plurimum. *Lucanus*, *Iugulumq; senilem confodiam, a quo iugulo uerbum, quod non modo gladio sed morbo occidere significat.* *Celsus* quaerā neminem iugulat, iugula uero signi celestis pars est, ut apud *Varro* *Iugulus* nem est legere, & *Plautus* eius meminīt in amphitryone. **Pectus** dictum est quasi pectus, q̄ compactum sit costis, ueluti firmamentis quibusdam, vel q̄ pressum sit inter mammillas. Nam mammas in pectore, licet mām a dicitur plerūq; nutrix, ut apud *Persium* & *Plautum*. Cæterū aduertendū pectus non modo corporis superficiē significare, sed cor quoq; sub pectore. Nā multæ supiores partes pro inferiorib; & ecōtrario ponuntur. A pectore fit uerbū expecto quod est e corde & mente efficere. **Locutus.** cōstitutū. Sub cancero, quod signū est in corlo & mininū mobile semicorpore. **Cancer** reū irrationale multipes sylvestre sine uoce uictosum multorum filiorum nomine cornū uigens in septentrione aqueum flegmaticū unius negotiū medium inter leue & ponderosum impar septentrionale solsticiale deiecitū falsidicū debileq; pectori pulmoni & stomacho præfectū. Hoc zodiaci signū dicitur porta cœli teste *Macrobius*, sicut & *capricornus*. Nā sicut cancer animal retro atq; oblique cedit, ita in eo solo obliquū incipit agere retrogressum. Sunt autē cācro in obliquū fixi octoni pedes. Quidius *Oci* pedis frustra queruntur brachia canceris. Præterea & bina brachia forecipibus denticulis. Lege Iginium causas relati in cœlum canceris referētemuel *Pontanum* ipsum. Occidit autem & exoritur posteriore corporis parte, cōstatq; stellis xviii, ut quibusdam placet. Perhibet autem solē ad xiiii, cal. lul. inire cancrū. **Regnum.** dominum, sicut rex pro domino interdū accipitur, & subau Regnum diest, quod auctore *Gellio* cum uenustate q̄nq; orationi subtrahitur.

Laterum. quæ infra alas sunt, costis terminantur & a dextra & sinistra, unde in euangelio legimus. Miles lancea latus eius aperuit. Sunt autē Latera alæ sub humeris quæ in homine testiſtūr pilo. Ala axillam ut mala maxilla facit. Latus quoq; de multis rebus dicitur, de quo *Perottus*.

Scapulæ. scandendo dictas quidā purant, occupant autem primā partē thoracis in posteriori parte, quæ tota tergi continetur appellatione. Thorax græcum est, latini truncū vocant sine pedibus, manibus ac capite. Sunt autem scapulæ mobiles ut *Plautinis* iocis constat, inter quas est parua uallis quā inter scapulam uocamus. Sed hoc non tradendū obliuioni, non solū a scapulis cum genere sint feminino inter scapulam neutrū fieri, sed multa talia apud auctores esse, & a masculino & feminino deriuata, quæ mu-

ACTIVS

Leo

tant genus. Nam a nodo masculino internodii, a uena foeminino interuenium. Sic a calumna intercalumnii, fuga effugium, toga epithogium & militia cōmilitium. Leonis, quod signum est in celo masculinū fixum unicorporeum quadrupes irrationale medium inter domesticū & sylvestre libidinosum uigens in oriente ignētū cholericum medię uocis leue unius negocii par diurnum septentrionale directum ueridicū forte. Ferunt genethliaci hoc signo natos pios iustos magnanimos & principibus gratos & familiares futuros, sed inuidis semper agitari. Hinc reor syderali decreto principum aulas esse refertas inuidis & assentatoribus, qui ut sunt homines perditissimi, coruiscē peiores, illi em̄ uiuos, hi uero solum mortuos discerpunt, omnia loquunt ad gratiā, nec ducunt quicq̄ sanctius q̄ inuidere, & perinde mentiri & fallere, ut quae per bonas artes cōsequi posse desperant, qua de re Fran Philelſus Beroaldus & auunculus, ut nō uno loco ita non parū multa lectuq̄ memoratuq̄ digna scripſere, & nominatim ipse auunculus & parens meus, qui cum Aristotele ueritatē omnibus anteponit in ea oratione quā contra officiatos principū seculariū, qui eis persuadent grauare ecclesiasticos & religiosos oneribus & exactionibus indebitis ad petitionem singularis amici & insignis cuiusdam praelati edidit suppresso nomine, ut alia mulra.

ilia

sequuntur Iac̄ dicū turq̄ ut Festus ait ab ina quae est pars chartæ tenuissima. Nam circa illa cenuior sine dubio curis est. Ilium terminos sic præfinit Cornelius Celsus ilia inter coxas & pubem in imo uentre posita sunt, sed hoc de ilibus interioribus intelligitur quae sunt arteriæ quedam. Plinius xi, natu, histo, inter eas & aluum arteriæ ad pubē tendentes quæ ilia appellatur. Sed exteriora ilia lati patient. Nam ea pars quae maxime respiratione in lateribus concurritur hoc nomine cōprehenditur. Horatius primo epistolarū. Solue senescentē mature sanus equū ne, Peccet ad extremū ridendus & ilia ducat. Hæc tanto inflantur spiritu ut saepe crepant Virgi. Rumpantur ut ilia Cōdro, qui em̄ inuident cōticescunt incerore, spiritumq̄ cōprimūt, unde sit ut homines plœrunc̄ crepant. Verum ilia tertiae & secundæ declinationis apud ueteres reperiuntur, ilibus apud Iuuenalē, & ilis apud Cornelium. Sunt & plura alia tam exteriora q̄ interiora membra significantia, ut licet uidere apud eundem. In propriam sortē. partē. De sortib⁹ Picum iuniorē in septimo de rerum prænotione, item cōmentario secūdo Stapuleū, in scholiis Dionysianis uidendū censeo, quibus auctoribus disces quid sortiū nomine & gentibus quondā & sacris nūc literis appellatione cōtineat. Virgini. quod signū est in celo foemininū cōmune bicorporeum rationale bipes pulchrē uocis alatum sterile uigēs in meridie pōderosum duorū negotiorum terreū melancholicum impat septentrionale honestū pulchrū largum facile directū nocturnum falsidicū debileq̄, de quo latius Firmicus Manilius Iginius, Pontanus, allii. Notabūt grāmaticæ studioli perq̄ raro iuuē de puella dici, aut uirginem de puerō, uerum de semella bene iuuē

SECUNDVS XXXVII

cula legimus quæ uirgo eo quæ uigeat & uireat per etatē dicitur etiā si casta
nō sit, ita Seruū cui Mancinellus subscripsit nō uno loco sentire uideo.

Libra. signum est in cœlo masculinū mobile semicorporeum rationale **Libra**
domesticū bipes pulchræ uocis paucorum filiorū uigens in occidente me-
dium inter leue & ponderosum aetium sanguineū unius negotii par me-
ridionale æquinoctiale directum diurnum forte ueridicumq;. Libra
solet auctore Columella plerunq; in occasu pluuias inferre, de cuius ortu
occasu qualitatibus. Iginus, Faneñ, & Marsus Quidiani interpretes. Ego
Pontanum addo in urania, q; in opere nō quidem uidetur secessus Mater-
num Firmicū. M. Malliū. Quidium sed eos maiestate carminis superasse. Clunes
Sed & de libra proximo signo nō nihil referam. Clunes, nates siue na-
tum tumor secundū Narnieñ, tam masculino q; feminino genere diligēs
obseruabit lector, non triuialibus scriptoribus usurpatum. Gellius cluni-
culus dixit forma diminutiva. Sunt qui simias clunas hinc dictas putat q;
clunas tritas gerant. **Scorpius.** siue scorpio utruncq; em dicitur, signum **Scorpius**
est in cœlo femininum fixum unicorporeū irrationale syluestre multipes,
multorum filiorum uoce carens uigens in septentrione aqueum flegmati-
cum unius negotii impar meridionale directum nocturnum pōderosum
fallidum debileq;. Chaldaei scorpium & libram unum signum accipiūt
Vnde Macrobius Scorpius totus in quo libra est naturam solis imagina-
tur, qui hyeme torpescit, quod & Perottus notauit. Horatius hunc formi-
dolosum uocat. **Scorpius** dicitur a σκορπίῳ quod est spargo, spargit em
brachia id est chelas, qui magnitudine sui corporis duorum occupat locū
signorū ut notat Regius in transmutatione Ouidii. **Inguine.** ab ingui Inguen
nis uicinitate Inguen pro mēbro uirili ponitur, alias inguen summa coxæ
pars dicitur. Dicitur autē de utroq; sexu Ouidius. Venerat & senior pan-
do Silenus asello. Quiq; rubro pauidas inguine terret aues, de uiro locu-
tus est. Sed Martialis de muliere intellexit dum ait. Aut infinito lacerū pa-
tet inguen hiatu, de mēbris purgatoriis si placet ulterius cognoscere mu-
tuato apud Narnieñ. **Femora.** de quib; egimus superius paulo post
initium huius scenæ. **Centauro.** sagittario quod signum est in cœlo **Sagittarii**
masculinum commune bicorporeum, cuius prima pars rationalis altera
irrationalis est, pulchræ uocis quadrupes libidinosum paucorum filiorū
uigens in oriente, sed pars eius secunda diminutæ uocis est leue igneū cho-
lericum forte duorum negotiorū par meridionale directum diurnum ue-
ridicum domesticum partim, partim sylvestre. Poetæ sagittarium seu ar-
citenentem Chironem centaurum appellant. Item Phillyridem a Phillyra
matre, patrem ei Saturnum alii in oriente alii ascribunt de centauris semi-
uiris. Nam ex parte homines, ex parte equisunt. Seruus Honoratus, Ma-
crobius, Ouidius, & Pictus iunior in cōmentariis uideri possunt, quo Pico
memoratu digna promuntur. Sed quantum attinet ad hunc locum sciat
adulescens Chironem centaurum non modo sceteros centauros, sed homi-

A C T V S

nes quoq; iusticia superasse. Aesculapii & Herculis præceptorem habitum
pietateq; & diligētia sua inter astra relatum, licet alii ferant tum miseratio-
ne deorum in cœlum translatum, cum percussus sagitta hydræ sanguine
illita, qua Hercules eam cōficerat intolēabili dolore laboraret, atq; hinc
sagittarii nomen sōritum, cuius formam & stellas Iginius explicat, quem
astronomiæ studiosi requirant.

Capricor-
nus.

Capricornus. signum est in cœlo femininum mobile semicorpore
um irrationale quadrupes domesticum uitiosum paucorum sūtorum ca-
stum diminuta uocis obliquum terreum melancholicum uigens in meri-
die pōderosum unip; negocii impar meridionale solsticiale facile noctur-
nū falsidictū debileq;. Sol teste Columella in capricorniū trāsitū facit deci-
mo sexto kalēdas ianuarii brumaleq; solsticium est, ut Hipparcho placet.
Horatius eum aquæ tyrannum uocat, quod sēpe tempestatem significet
& sole in eo existente auctore Porphyrione horrendæ tempestates & fri-
gora esse solent, cuius fabulam lege apud Pontanū uel Iginiū, Vocat poe-
tæ nonnunq; capricornū græco nomine ægocerota. Seneca cader ægoce-
ros frangetq; tuam quisquis es urnā. Genibus, quæ femori annectūtur
quo loco uertebra est, qua sedendo uel ambulando ita se flectunt, ut literæ
grecæ & figuram habeant. Genu autem dicitur a parte superiori, a parte
uero inferiori & retro poples dicitur, quod Narhieñ, auctoritatibus pro-
bat, quas nos sē penumero rescindimus ne in immensum & supra quam
par sit explanatio excrescat, quando eriam nos ad eum frequenter refer-
mus, eum inquam cū Beraldo, Pico, Cataneo, Pio Scipione veneto, Mar-
sis Antoniis Fanēñ, & Mancinel. aliis in uocum etymologiis potius secu-
tus, quos malui sequi q̄ regulas quorūdam qui scribunt in piissimos Ale-
xandri Galli labores & præceptiones quos ubi plū æquō persequi eni-
tuntur, plane se demonstrant & exterrant literarū peritia & omni huma-
nitate alienos, humanū quippe peccare est, nec omnia possum⁹ oēs. Sed ut
fateor Alexandriū sicuti multos alios non omnibus in locis pueris tradē-
dūm, ita minime dignum cēso gemoniis scalis, ob pauca errata, si modo
errata sunt damnandū. Placent aut̄ a nostris cōmentaria noua in uersicu-
los Alexandri conscripta, qualia quondam auunculi Isidonēus desyde-
rauit. Cuius quidem Alexandri immortale nomē grammatisæ illi quos
potius dura & aspera sua uoce grammaticastros appellaueris, nunq; dele-
re poterunt, quod doctiores germaniæ uiri labore & diligētia sua iamq;
illustrarunt, & si illis Galli inimicis & emulis rumpātur ut Ilia Codro. Ve-
rū enim uero Crato V denheimius Selestanī unde mihi origo est, ad xxiiii
ferme annum scholis præficius, ab huius Galli præceptis nunq; desciuit.
Si quidem tot egregia in seuerioribus disciplinis floruerūt, ut & hodie flo-
rent qui prima grammaticæ rudimenta ex ipso Alexandro imbibere. At
commentarios in eum ueteriores sub nomine glossæ notabilis execraba-
tur maximopere, ex barbaris & infantibus pueris & latinos & eloquen-

SECUNDVS XXXVIII.

tes reddidit uiros. Testium diues hac in re esse possum, qui modo grauissimi uiiri optimi sui quondam preceptoris gratam memoriam gloriare extendunt, quorum et numero sunt quos & liber hoc loco recensere. Laurentius cognomento lupus philosophus gymnosophista collegii diuus Catharinæ Haidelbergensis studii. Matthias Ringmannus Philesius volegi gena latine graeceque doctus qui Iacobum Fabrum in philosophia, Faustum in poetica habuit preceptores, non sine reipublicae literariae factura iam multis annis ualedicinarius. Matthias Schurerius singulari humanitate & ingenio uir clarus. Hieronymus Gebuiler nobilissimæ Argentoraten sium tum aedis tum ciuitatis nunc ludo literario praefectus. Praeceptorique suo Cratoni in regundis Selestatinis scholis surrogatus, qui ad octo ferme annos non minori laude tum labore & diligentia huic muneri praesul. Cui successit Ioannes Sapidus itidem Cratonis discipulus, & Iacobis fabri ac Fausti auditor qui hodie huic ludo famam nomenque pristinum extendit & producit, ex quo numerosa uelutie quo troiano (ex quo ineptus quidam literarum professor barbaros nugator produisse, cum equus ille grecorum principum fuerit capacissimus) produxit q̄ optime instituta indoles, & externis & nostris gymnasiis culta & dilecta. Taceo Beatum meum Rheananum animi fortunaeque bonis beatum quibus dei uirtute ut plerique oēs non male usus est, cū primis multiuaga eruditione iusticia & coniuncta manu suetudine praeditū. Beatum quoque Arnoaldū itidem cum Rhenano auditorem Fabri & Fausti, utroque & carmine & prosa scribendi genere facile, Quid Paulum referam Phrygionem philosophum grauem deo sacrifici litteris dedicatum. Quod si omnes quod & nequeo & alterius esset negotii numerare uoluerem singularem citius conficiam libellum. Quod uel ideo nobis relatum est, ne dum boni adolescentes rerum adhuc & bonarū ignari literarum charybdim fugere uolunt, incident in scyllam. Verū ad eū quo digressi locum redeundū est. A genu uerbum erat antiquum cōgenitudo quod est genuflecto ut ait Nonius, a genu geniculum dīmūtū. Vnde & cœlesti signū quod graci engenialim uocant, latini ingeniculatum & genu nixū dicunt, antiquitas genu a misericordiae consecravit, ut est apud Plinium. Arbitrium. potestas, sed proprie id significat quod arbitro statuitur. Est autem arbiter qui quasi uir bonus ab utrisque partib⁹ litigati⁹ eleitus, vñ nemo pōt cogi a praetore ad accipiēdū arbitriū, qm̄ hēc res libera & absoluta & extra necessitatem iurisdictionis posita, ut testat Vlpianus. l.iii. §. ii. ff. de recep. arbi. Sed ubi semel quis in se reciperet cōpmisum quod ad similitudinem iudiciorū redigitur, & ad finiendas lites pertinet, ad curam & sollicitudinē suam hanc rem praetor pertinere putat. Seneca de beneficiis melior conditio causæ bonæ, si ad iudicem q̄ ad arbitriū mititur, quia illum formula includit & certos quos nō excedit terminos ponit, huius libera & nullis astricta uinculis religio & detrahere potest & adiucere, & sententiā suam non pro ut lex aut iusticia suader, sed pro ut hu

Arbitriū

A C T V S

Crura

manitas aut misericordia impulit regere. De arbitro lege. M. Tullium in oratione pro Murena. Crurum. A genu initium capit crus, quod usq; ad talum extenditur. Naso crura notet sentes. A parte anteriori uocatur tibia. Os enim illud a genu ad pedem usq; descendens huius nominis est, & antiqui & præsertim ethrusci ossibus tibiarum musica fecerunt instrumenta propter quod tibias uocauerunt. A parte uero cruris posteriore sunt suræ, de quibus Plinius. Pedes homini maximi feminis tenuiores in omni genere suræ homini tm & crura carnosa. Crus igit est ex tibia & sura, quæ est collectio carnis facies decentem tumorē.

Aquarius

Aquari, signum est in coelo masculinum fixum unicorporeū rationale bipes pulchræ uocis paucorum filiorum uigens in occidente medium inter leue & ponderosum par unius negotiū meridionale obliquum diurnum ueridicum forte aereum sanguineum aquarum. Iginius inquit complures Ganymedem esse dixerunt, quem Iuppiter ob pulchritudinem ereptum parentibus deorum instrumentum fecisse existimatur, itaq; ostenditur, ut aliquo infundē aquā. Nā dicitur constare hoc signum xxx stellis cum effusione aquæ, ad qd & Mamilius respiciens fundentis dixit. Transit aut̄ sol in aquariū quo die capricornus occidit xv. kal. febru. Verum sunt qui aquarium. Cecropem esse dixerunt, alii, Deucalionem. Sed Ouidius, Pontanus & Iginius ganymedem uolunt. At in eiusmodi rebus quarum scientia parū prodest nō sunt ingenia obtundenda, nemo enim mēdacio ueritatē extrahet, fabulis ingenium nōnūnq; refocillandum non dedendum, nec etiam fabulis omnibus ut norat Faber.

Pisces

Pisces. sunt in coelo signum fœmininum, duplex humidum aquosum biforme fœcundum squamolum maculosum incuruū mutuum commune. Sed unus pescium ad austrum fertur, alter ad aquilonem Ferunt uberrimam esse capturam piscium, sole hoc piscium signum intrat. Causam piscium in coelo locatorum Iginius refert Ouidius & Pontanus.

Pes

Pedes. Pes plura significat. Nā de mensura dicitur ut Narnieñ explicat. Pro metrica ratione ut supra terigitur habetur, item a multitudine pedum uocatur pater lendis id est pediculus. Sed a pede pro mēbro hominis ut hic bipes tripes & quadrupes &c. ut licet apud dictionarios uide. Sed & signorum (quorum naturam auctore Iulio Firmico retulim?) uentis subiectiones paucis notare fortasse nō alienum erit. Aquiloni subiacent signa V aries Ω leo ♈ sagittarius. Austro & tauri ♉ uirgo ♊ capricornus. Apeliote quem nos subsolanū dicimus II gemini ♋ libra ♌ aquarius. Aphrico uero qui a græcis λιψ dicitur. Scäcer III scorpius Η pisces. Ut autē signorum horū nomina & ordinem facilius edificat studiosi, libet subdere uersiculos duos, quos Mancinellus commentariis suis inseruit. Sunt aries taurus gemini cancer leo uirgo Libra & scorpius arcu tenens caper amphora pisces. Hoc signum. scorpius. Norat significat malum infortunium uel détrimentum. Scorpio natura sua malignus est, & nisi louis uel Veneris benignitate respiciatur sub eo nati homines skele

SECUNDVS XXXIX

ratisim⁹ & truculent⁹ iudicantur a genethliacis Quibus cordi erunt per iuria fraus dolii insidiae sceleratus amor habendi & id genus malignitatis Sexta domus. ab his domibus astrologi fortunas & infortunia supputant, immo totum iudicandi negoti⁹ ex eis dependere aestimant. Vnde duodecim signa hebræi uocant mazaloth id est fortunas & syderationes. Diuidunt aut̄ astrologi cœlū in domos duodecim, quarū quattuor anguli, quattuor succedentes, reliquæ cadentes ab eisdem nuncupātur, habent autē cadentes cæteris inferiores, hinc subdit astrologus rursus malum.

Mulier. vt̄s est casus, quem antiqui salutatorium dixerūt. De muliere relatum est in prima scena prīmi actus, sed dictis adiicere hoc unum libet, mulieris appellationē prīcis cōtumeliosam fuisse. Mulierareq; significare effeminare & enervare. Mulieritas uero nimius est amor in mulieres quæ philogynia dicitur. Mulerosus muliebris concubitus plus æquo appetens. Videtur autē hoc loco poeta taxare astrologicam uanitatē, dū ipse Alcabitus tam exacte singula ex villana sciscitur, ob quæ is aditus erat, & profecto fidē astrologorū hoc ipsum quoq; immuinere uidetur, cum in alienis negotiis uideri uolunt oculatissimi, in suis rebus sunt hebetes & talpæ, qui dum ut ait Beroaldus abdita fata scrutantur, quæ sunt ante pedes non prospiciunt fiuntq; ridiculi. Simile quiddam de antiquitatis curiosis refert Narnieñ. Hęc dementia, inquiens, tenet nunc nōnullos qui uolunt haberī docti, ut de temporibus Nini, & Semiramidis & si qua sunt uetusiora non imperite loquantur. Cum uero de rebus gestis iam quingētis sexcentisue annis loqui debent infantissimi reperiuntur. Quo momēto. Momentū seu momenū Lucretius uocat breue spacium dicitur temporis quod uix diuidi aut percipi possit. Hinc momentū r̄iam uitā dicim⁹ id est breuissimam. Item momentarium maritum, momentarium salutem, momentariū uenenū id est subitum & præsentaneū. Punctulo, minimo spacio. Nam punctum sumi quād oq; pro temporis & horæ momēto, uel ex hoc Ciceronis intelligi potest. Itaq; ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisse. Tradunt geometræ pūctum magnitudinis esse princi piū cuius pars nulla est, quia indivisibilis est, qui cum in longū fluere intel ligitur lineam efficit. Atomo. Hic poeta uidetur irridere astrologos Atomī in græco latine indivisibilia inseparabilia leuia aspera rotunda angulata & hamata corpuscula dicuntur. Nam a particula negatiua est, & tō Atomi μας græco latine incisio dicitur. Ex his atomis inter se temere conuenientibus lectam doctoris Leucippi Democritus abderites in philosophia pentathlos habitus id est quinq; certaminū scius, namq; naturalia moralia mathematica liberales disciplinas artiumq; omnium callebat peritiam. Dixit hunc mundum esse concretum, idq; nexus astruere rationib; quas Aristoteles primo de physico auditu impugnat. Sed & Lactanius ait, quanto melius fuerat racere, quam in usus tam miserabiles tā inanes habere linguam. M. Tullius quoq; iludens hos, qui ex atomis cuncta cō-

Punctum

ACTVS

Ecastor.

stiuunt. Si inquit mundum efficere potest concursus atomorum, cur poteritum aut templum; cur domum; cur urbem non potest? quae sunt minus operosa & multo quidem faciliora. Hic est ille Democritus ut & id obiter notemus, qui animam ut tradit Aristoteles, esse ignem, cui etiam omnia quae a mortalibus fierent ridicula ac ridenda uidebantur, sicut Heraclito flenda. Fertur Democritus gentium theologiam & astrologiam a magis & chaldaeis didicisse, de quo Clichtouæus, Seneca. Ecastor per hoc iuslurandum sole foemininæ sicut per Herculem soli uiri iurabant. Verum iuslurandum soli edepol. i. p. qdē pollucis ut inquit Gelli⁹ & uiros & foemineos cōe est, quis. M. Var. asseuerat antiquissimos uiros neq; p. Castore neq; p. Polluce, deierant solitos. Romæ in foro ædes Castoris & Pollucis erat quam struxisse fertur dictator, quæ licet ædes Castori & polluci geminis fratribus consecrata sit, unius tamen Castoris nominatione dicebatur. Id non dissimulauit collega dictatoris. M. Bibulus euenerit sibi quod Polluci, vt enim geminis fratribus ædes in sacro constituta tamen cæsar is uocareetur, ita suam cæsar is munificentiam unius Cæsar is dici. Ex Tranquillo. Horologium. & hic iterum poeta maxime uidetur illudere astrologis, notum instrumentum quo horas metiuntur, quo populo horarum spacia designantur. Clepsydra horologii aquarii genus est, horas aqua dimetiens, quod Ctesibium primum explicuisse notat Cataneus. Est autem uasculum uitreum graciliter fistulatum per quod guttatum defluunt aqua inclusa stillicidioces exhauiuntur, vnde nomen deductum. λέπτω enim significat furor & absconde τὸ γέλων id est aqua. Cōsimilia sunt hoc tempore clepsydris uascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coartantur, ex quibus puluisculum per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Cataneus in penultima epistola primi libri. Beroal. in fine secundi eius. & tertio Apule. commentario pluribus agunt, quibus hæc summatim exceptissimæ sat sit pueris latine linguae rudimenta querentibus. Aeditius. qui aedem publicam tuerit, qua solent insignia horologia reponi ut populus horarum discretionem agnoscat. Varro scribit in libro primo, de re rustica a priscis aeditiis non aedituum dici solitum. Et ut auctor est Gellius in xi. aeditimus ea forma dicitur qua finitus & legitimus. Lurectius uero pro aeditiis siue editimis aedituentes appellat, Hospitibus loca quæ compleuant aedituētes. Iulius Firmicus refert futuros aedituos aut hierodulos id est sacrorum ministros, qui habuerint horoscopum in xxvi parte geminorum, græci neocoron uocant aeditum. Idem Firmicus si luna a Mercurio ad Iouem feratur facit neocoros. Cæterum ædes dicuntur urbana aedificia, rustica uero uillæ ut tradit Floren, & habetur. I. fundi appellatione. ff. de uerb. sig. Celsus autem existimat solū partem esse aeditum, quod & Beroaldus obseruauit.

Horologi
um

Aeditius

Alc. Qui ignorat ignorabitur, uel aestima-

SECUNDVS XL.

Els. Post portionem medium erat recte scio.

ALC. Bene est, fuit tum triplicitatis tertius

Mercurius, hic dominusq; quæstionis est

Hoho silete, calculis negocium

Totum breui tenebo perfectissime

Immo teneo, senex uir est, & uillicus

Caputq; tectus pileo ad latus rubro

Nebride decorat pectus hirsuta nimis

ELS. Certe marito similis est. GRET. Tace obsecro

ALK. Bibit libenter. ELS. certe is est. Gre. Tace obsecro

Alc. Et balneatur. Els. atqui is est. Gret. Tace obsecro.

ALK. Scorta in mirum modū. ELS. hic non est meus

Nam me recumbentem sibi uix basiat

ALK. illi fuit quondam arcta tecum habitatio

ELS. Vetera hic nimis cōmemorat, haud scio quis est

Teneris solemus ludere annis latius

GRE. Tace modo, ALC. unus e villa est qua uictitas,

Astronomicæ leges uetant plus dicere.

Praestate uaticinanti oblatum solidum.

ELS. Tene magister, suspicor male, nescio

ALK. Valete. ELS. Certe me hercules tetigit uirum

Meum. GRET. Inuenis multos uiros eiusmodi

Ego nequiu si segregare neminem

Sic est locutus in uiros quam plurimos.

Putas maritus hanc tuam crumenulam

Optaret expilare, egenti qui daret.

ELS. O Greta nescis omnium mentes uirorum

Et te peto nolis cuiquam fidere

Sed ecce quid maritus & Dromo parant;

GRE. Rixantur inter se. ELS. unde tantum esset malis?

A C T V S

Qui ignorat ignorabitur. Diuiniloqui Pauli sententia est in canonis scripturis repetita dist. xxviii. c. quae ea. Verum tamen minus idonee & perq̄ inepte uideā ab astrologo uillanē ignoratiæ culpa ascribi, præcipue in re proorsus uillano ingenio abscondita. Quare poetā nostrū modeste & latenter nudos crediderim astrologos notasse, qui posthabitis ueracioribus literis futili & uanidico studio tm̄ incubuere, quod uel nesciāt quip piam seuerioris doctrinæ artifici, uel inscite & indocte earundem axioma ta, & assumpta usurpent. Sed secus de astronomiæ studiōsis, cuius pertitia homines pene diuinos efficit ac ad colendas uirtutes inflamat. Solēt nāc hīdeum diuinacq̄ impensis uenerari q̄ eorundem decreta & abdita iudicia sciscitari, quæ astrologi diuinaculicq̄ artis suæ finem constituunt, tanq̄ nullius arbitrii homines ac uelut fungi sint esse suum consecuti, quos tamē constat ad sui sapientissimi omniumq̄ rerum parentis effigiem formatos. Recite igitur laude preconioq; maxime sunt efferendi, qui huic studio cæteras q̄q; disciplinas coniuxere, sicut Ioannes Stabius diuo c̄s. imp. nostro Maximiliano Augusto pio scilicet magnanimo charissimus cui⁹ sacratissima maiestas s̄x numero & quādoq; lemotis arbitris clementi gratuitoq; uultu Stabium ipsum dillerent audit, de cosmographia, perspectiva, cæterisq; & naturalibus & priscis rebus tam scitu q̄ memorat u dignis, Stephan⁹ quoq; Rosinus Augustanus philosophus & astronomus cum primis sciens, nequaq; christianæ theologiae cognitionem aspernatus est, qui & memoria facile referre potest, quicquid habet antiqua historia & ob id amore fauoreq; præcipuo prosecutus uidetur ab illustri & sacra tissimo sacri Roma, imperii principe Matthēo antistite Gurensi. Taceo insigni humanitate uirum, huic astronomico studio iam multis annis dedicatū Ioannem Stofler Lustingenensem ordinari quādriū nō incelebris apud sueos gymnasii Tubingēn. mathematicum, quo cū mihi nuper cō tracta est familiaritas, quæ mihi periunda cū eo intercessit & plurimū honoranda uenit, cū ob debitā ingrauescentis xeratis in quā uirtute diui na declinat obseruantia, tum cōmune studii pontificiū iuris collegiū, qm̄ uterq; hoc tempore canonicas sanctiones non sub penitēdo auscultauimus p̄ceptore Conrado Pliceo Ebingerē. Memor eius sententiae quam dixisse ferur Julianus, & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere uellem, ut scriptum est in ff. tit. de fidei commis. liber. I. apud luli anum. §. an hæc uera putas. Sed ad propositū reuertamur, ignorās ignorabitur, quod de eo intelligas, qui contemnit scientiā uel negligit quod sci re debet, dum peritos quos facile habuisset, aut non adit, aut inconsultos Duplex ignorantia relinquunt. Aduertendū duplēcēt esse ignorantiam, negationis scilicet cum proorsus carētia est, ut pueri qui uersantur in cunis habent ignorantia negationis omnium scientiarū. Affectionis cum prae affectū dispositiōs circa scientias sunt, & qui se scire putant, cum reuera nesciūt, quales sophistarum turba, & sola quidam non natī sed creati poetæ nomenclatura super

SECUNDVS

XLI.

bientes, qui se & diuinias literas, cū tamen nunq̄ dialecticæ philosophiaæ q̄ dederint operam intelligere putant; sacratissimorūq; canonum & legum subtilissimos interpretes extirpando censem.

Vel. pro etiam Virgilius. Carmina uel corlo possunt deducere lunā. Aliquando correptionem significat, sēp̄ius coniunctio disiunctiva est. Post mediā portionem id est post mediā horā, ubi coepit tertia triplicitas. Nam astrologi diuidit quālibet horā in tres triplicitates, & unicuiq; triplicitati unum planetam cōstituunt dominum. Portionis nō sem per dimidium significat, sed prout adiectū est. Poteſt enim iubere aliquis & maximam partē partiri posse & uicesimam & tertiam & prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta dimidia pars debetur. Vlpianus.

Mercurius. cuius decreta per singulas coeli stationes Firmicus latissime explicat, ab octavo scilicet tertii libri capite ad decimū usq; quintum.

Quæſtionis. negotii uel dubitationis uel interrogationis uel causa licet idē non sint, ut Mancinellus partim in rhetorica Ciceronis scribens monuit. Quæſtio latius intelligitur omnis de qua in utrāq; partē uel in plures dicitur credibiliter potest. In quem ſensum philosophi frequenter accipiunt. At in iudiciali materia duplīciter uero uenit. Altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuersiam quo etiam minores oēs complectimur. Altero quo significamus illam ſummam in qua cauſa ueritatur scilicet controuersiam ex conflictione cōſtitutionis cauſarum natam.

Negocium. de quo quæſtio est peculii uidelicet ſurē indicare. A negoſcio negociositas quæ grāce dicitur πολυπραγμόσυνη.

Tenebo. habebo, intelligam. Calculis. la
pillis, quibus astrologi in ſupputatione utantur, quos uulgus ſupputatiles nummos appellat. Aristoteles. Quemadmodū igitur & illi qui non ſunt prompti calculos uertire a ſcientibus decipiuntur, eodem quoq; modo & in orationibus qui nominum uitutis ſunt ignari per facile captionibus halucinantur. Aduertendum calculum pro ratione, & calculatorē pro ratiocinatore & rationē pro calcuſo, ac ratiocinatore pro calculatorē nonnunquam uſurpari, quod Catanaeus obſeruauit. Columella calculos pro ſumptu, & reditu accipit, cum p̄cipit ne maiorem agrum q̄ ratio caluorum patiuit emere uelimus.

Senex. a nece id est morte, cuius nominādi caſu Sisenna uetus eſt. Quoniam neq; mea nex, neq; intercessio poſſe uideatur illorum dementē reprimerē audaciam. Senem, quaſi ſeminecem hoc eſt ſemimortuum appellatū uolunt, q̄ acta maiore ætatis ſuæ parte iam morti propinquior ſit. A ſene ſenicolus & ſenecio diminutiua enaſcuntur. Apuleius in primo alſini aurei. Demonstro ſenicolum in angulo ſedebat. Afranius. Tu ſenetonem hunc ſatis eſt ſi ſeruas anus. ſenectutem vero quam quidam ſextam hominū ætatem cōſtituunt dictam uel a ſenario numero, uel a ſentiendo uolūt, q̄ in ea ſenſus deficiant. ſenium autem pro hac ipſa annosa ætate & ſene-

Calculi
Senex

Nex

K

ACTVS

Et tunc nullus est qui dici nesciat. Vsurpat quoque pro tristitia ut apud Tuppiliū & Tullium, Apule. ponitur. Beroaldus & Phileticus. Sunt quidam qui purant Apuleium non satis idoneum scriptorem, sed caue ne decipiatur te, securus se res habet non abs re Beroaldus. Quamobrem te lector inquit oromoneo, hortor, ut familiaris tibi fiat hic scriptor, sitque tuus quasi manuale & encyridion. Item ex hac uerstifica plebe quidam doctissimum grauiissimum uirum & pene diuinum momordit Isidorum, cuius forte doctrinam ille nunc intellectus, nec aliquando intelliget. In malignum enim animum non intrabit spiritus sapientiae.

Pileus

Pileo. & pileus & pileum dicitur, olim capite pileum assumentebat qui a domino manumittebatur, libertatis enim id signum erat, unde legimus sequente apud historicos ad pileum seruos suis vocatos, quod significat libertatem. Mos fuerat apud ueteres ut serui qui per manumissionem liberi fierent raderent caput & calvum pileum caperent. Hinc est illud Sosiae Plautini. Dii faxint ut hodie rasō capite calvius capiāt pileū. Nebride. pelle hirsuta, veteres in sacris Bacchi solebant uti damarum & ceruorum pellibus. vespere græca dama est latine, hinc nebrodes mons in Sicilia dictus, quod damarum copia abundet. Bibit libenter. uidetur poeta ad hoc alludere quod supra Henno de se ipso confessus est, in prima scena actus primi.

Nebros

Bibit. Prima uini cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, Modus bi tercia ad iuoluptatem, quarta ad insaniam, nihil sic inflamat medullas & tillat membra genitalia sicut uinum, cui natura est exhausto accedendi calore uiscera intus, quo nihil est perniciösius, si modus absit. Gloriam bibendi uitre parthi querunt, samam hanc apud græcos Alcibiades meruit Cicero Marci Ciceronis illius inclivissimi oratoris filius audissime apprehendit gloriam ebrietatis, qui binos congios simul haurire solitus erat, Onesius græcus auctor tradit Bonosum, qui cum romanoru dignitas in dies magis amitteretur imperatoris nomen occupauit, in uino fuisse prudenter, tametsi bibendi modū longe excederet, erat enim Bonosus ex eo genere hominū, qui inter pocula & potationes uitam consumunt. Siquidē potator fuit egregius, ex quo in eius obitu ioculare dicuum inualuit, amphoram pendere non hominem, quod instar amphoræ pensilis præ uino uidetur, quod affatim ingurgitauerat. Platonis legibus continetur, pueri usque ad duodeuigesimū annū uini usum prorsus ignorent, deinde uino moderate utantur usque ad annum tricesimū, cū ad quadragesimū peruenient, tunc in coniuiciis discumbentes liberius euantur. Nam non oportet igne igni addere, & in iunioribus furiosum iuuentuū habitum efficere, & cum viri effecti subire labores incipiunt, ab ebrietate & uini repletione omnino debent abstinere. Senibus autem liberius usus, remedium aduersus secundæ duritiam elargitur ut reiuuenescere uideatur, & incesticæ eos capiat obliuio, & affectio mentis ueluti ferrum in igne ex duricie in molliciem deducta flexibilior fiat. Hinc græcis prouerbium natum, uirium lac sentū

Est igitur bonæ & frugi indolis adolescentis summo studio curare & eniti
ne modum aut rationem in bibendo prætereat, cum ipso quidem uino sa
pietia ueteri proverbio obibretur, recordetur, se natū esse ut uiuat non
ut bibat. Bibonē uocat idonei scriptores quem bibacem & bibulū uulgo
appellant, sicut manduconē edonem comedonem heluationi & uoracita
tē deditum. Et balneatur, frequens publicas balneas ingredi, quæ mū Balneæ
diciarum gratia constitutæ sunt, pariter & uoluptatis, quod anxietatem
pellant ex animo. Mar. Varro balneas foeminaino genere publicas signifi
cari designat, balnea uero priuata, sed hæc promiscue sumuntur. Et bala
neum apud multos legitur, quod non abhorret ratione, cum græci θελα
vei ep uocent, de cuius uerbi deriuatione apud Suidam & magnū etymo
logicum. Enim uero inquit Catanæus in monumentis antiquorum bala
neum potius q̄ balneum annotauimus frequenter. Poetæ tamen balnea
& non balnea usurparunt. Martianus iurisconsultus instrumento inquit
balneatorio legato balneatores continetur, quoniā sine his balneæ usum
suum præbere nō possunt. Lauacra quæ per se naturaliterq; proueniunt
thermæ appellantur. Nam θερμὸν græci calidum dixerunt. Inde thermopy
larum in græcia transitus a calidis aquis nomen accepit. Prout uenient aut
therme aliæ quidem nitri, aliæ salis, aliæ aluminis, aliæ sulphuris, aliæ bitu
minis aliæ aeris, aliæ ferri naturā imitantur, nonnullæ compositæ ex eis uim
obtinent, de quo uide Paulum Eginetam in præceptis capite. lli. Scorta Scorta
meretriculas ducit. Scorta enim meretrices dicuntur, a pelle quod
antiqui dicebāt scortum, q; ut pelles subigant, & scortes id est ut ait Fest^o
pelles testium arietinorū ab eisdem pellibus dicti. Scortea quoq; dicimus
ea q; ex corio ac pellibus sunt facia. Scorta dici diabolaria quæ duobus
obolis, hoc est uilissima mercedula conducuntur, in cōmētariis Trāquilli
obseruatur. Vix Basiat. ut euentre solet, nam dum alienum agrum
arant suum incultum deserunt. Videatur igitur anus astrologi dictum ne
gatiōe sua maxime pbare. Videor uidille in archetypo loco uocis basiat,
dictiones has ter petit, quas poetæ amicus uir honesti, æqui, ueriq; amanti
or in hanc uocem basiat commutauit, quia hæc como dia pueris quibus
maxima reuerētia dedicata est, ne igitur tñera ætas molliorib;
uerbis inficeretur, honestioris significantiæ uerbum possum est, quod si
plēriq; oēs facerent, profecto minus uel ipsa spurcicia spurciora carmina
ederentur uel legerentur. Basiat. basia fert, nemo est qui nescit aucto
re Donato tria esse osculandi genera. Osculum scilicet basium & suauitū,
Sunt autē oscula officiorum. Basia pudicorum affectuum, quæ maxime
coniuges addecet. Suauia libidinum & turpium amorum. Osculum & sua
uium auctore Marcello intellectibus his discernuntur, q; ab ore osculum.
Suauium a suauitate dicitur. Varro de uita patrum, ideoq; ab ore dicitur
osculum non a suauitate, unde suauium quod simile suauitati, paruum os
osculum est, ex Pici commentariis.

Arcta habitatio.

Angusta

K ii

Basii
Scotia
Suauitatis

A C T V S

cōmūnū, propter indissolubilem nuptiarum nodum. Verbi habitus Virgilianus interpres Seruius probat accusandi casui iungi debere, quoniam frequentatiū est, & habeo rem dicimus. Vnde & habitus rem dicere cōuenit. Haud, non, negandi aduerbium, est & coniunctio dissimiliua, sed titera terminatur, reiecta in capite aspirationis nota. Euilla, quae proprie est domus in agro, de qua superius quoq; mentio assatim facta est. Leges praecepta, institutiones, tametsi longe distent, ut sacris iurium literis compertum est. Astronomicae artis astronomiae, quae & sphērica dicitur coeli conuersationem suspiciens, ortus, obit, motusq; syderum, axes polos cardines hemisphēriū circulos, signa duodecim & id genus superiorum corporum magnitudines motus & conditiones. Sortitac̄ est nomen ab astris & nō a coelis quoniam sunt nobis notiora (quia uisibilia) nosq; in cognitionem celorum facilius euehant. Solet autēa notioribus denominatio fieri. Aut etiā quia doctissimi omnes spheras mundi astra nō unquam appellant, uti uidere est libro secundo de doctrina ignorantia Nicolai Cuse.

Plus dicere. Nam astrologum oportet non nimis ad particularia descendere, ut probat Haly in centilogio Ptolemei, quod & superius memini.

Vaticinanti diuinanti. De uatibus in proximo choro non nihil annotabimus. Conuenienter & commode uno in loco singula exacte saltem uix referri possunt. Solidum, aureum oblatum. Si in quæstum & uaticinii mercedem. Suspicio male, subaudi de uiro meo. Nescio, quasi diceret adhuc certa non sum. Valete. id est abite. Iam enim cōsecut⁹ erat aureū nummū, cuius ignobilis ut Firmicus ait cupiditas istius diuinę sciētię gloriā infamat. Qui uero mathematicum conditione effingit lib. ii. ca. xxxiii. qd est & finale quo probat fatum romani imperatoris non dependere astronomieis decretis, quare quicunq; inter cetera inquit, aliquid de imperatore quiescerit, nolo ut eum truci ac leuera response conturbes, sed ei docili sermone perciade, quod nullus possit de uita imperatoris ali⁹ quid inuenire. Tētigit uiurum meum: notauit, indicauit, ad sensum tangere auctore Nonio ferire, cōmouere est, in prima significantia crebrū est apud Plau. Secundā apud Virgi. & Lucretiū, itē in alio significatu est contingere inspicere & circumuenire. Nequiuī neminem, hoc loco dux negationes uim uiriū uehementer negantis obtinēt, quare non semp̄ pcedit hæc regula, dūe negationes faciūt unā affirmationē, aduertere negatiū dictiōnē apte in calce orationis poni ut hic. Est autē dictiō negatiua q̄ inse negationē includit, per quā cū dictiō affirmatiua explicatur, ut nihil nō aliqd nunq; nō unq; nūlq; nō usq;. Expilare. dicit aliquid passim uisurripe re fecūdū Asconiu, vñ expilatores uocat Vlpia, atrociores fures. l. i. ff. de effractio. & expila. O Greta, Ouariis modis accipi solet. Vñ plebei sunt uersiculi O stupor dubitat uocat indignatur & optat. Clamat cōquerit uelut exēplis repit, stupore indicat hoc est admirationē, ut ea q̄ glorifica luce coruscas, dubitationē ut apud comicū. O qui mirare, & primo ænei.

Astrono
mia

Expilo
O

SECUNDVS

XLIII.

O q̄ te memorē uirgo, uocat, ut huc ades o Melibœe. Indignatur, ut o sce-
lestum hominem, sed si subtileatur o , actūs minorē excandescētiam præ-
notaret ut auctor est Valla. Optat, ut o mihitam longē maneat pars ulti-
mauitæ spiritus. Clamat. i. exclamat, ut o fortunati quorū iam moenia sur-
gūt. Conquerit ut apud Statuū. O dolor o seru materno in corde dolores
Cuiq̄ fidere. sane cōtrarium uerū est, ut prouerbio monemur. Nec mu-
lieri nec gremio credi oportere. Hinc magna laus est feminæ, q̄ a fide &
pudicitia cōmendatur, de quo in viii. aſinū cōmentario. Sed ecce. Hic Rixa
est parafœue hoc est præparatio sequentis scænæ. Rixantur. contēdūt,
a rixa id est contenione. Cicero rixa est inter cōpetitores.

DROMO HENNO ELSA

Dro. Pecuniam simulq; pannum detinet

Danista ait te affore sibi perendie .

Hen. Q; si nequisset pannicida eum mihi

Tecum dare(ut rediens acute disputas)

Tu debusses de pecunia secus.

Sed uxor intrat. Tu caue pecuniam

Ne nomines. Danista quid locutus est?

Dro. Et se & sua omnia dat potestati tuæ

Petitq; filiam sibi ancillarier

Hen. Fieri potest. ELS. Dromo nec optat nec petit,

Hen. quare? Els, quia inter se odiunt nihil dromo

Et filia. Expedi marite negocium

Hen. Dromo. Dro. qd est. Hen aliud nihil respōderat.

Dro. nisi ut ualerestu & magistra salubriter.

In proximo emporio uelit tecum loqui

Hen. Sat est. Eum tueantur optimi loues

Els. Et ego opto foelix ualeat usq; uir bonus

Pecuniam. In hac scæna Dromo ab Hennone cum furtiuis aureis in
opidum missus ut afferret ei pāni octo ulnas. Sed aliter cū eisdē atq; ut se
cum decreuerat in fine primæ scænæ egit, quare Hennoni præter menda-
cium affert aliud nihil. Sibi. id est ei, secundū Laurentiū Vallā, quis
& apud idoneos scriptores id nō ubiq; obseruetur. Perendie. qd uulgo
dicit post cras. Cice. ad Atti. Scies igit̄ cras ad summū perendie, vñ peren-
dinus dies ab hinc tertius, & cōperendino differo. Eum. subaudi pannū

A C T V S

- Mih dare. .i.ad me. Tecū p te, uide apud Augu. Dathū uel Vallam.
- Disputatio** Mecū tecū secū unaē dictiones & duæ dictiones q̄ modo differat. Dispu-
tas, tractū ybū ab arte purationis, qua sup̄flui rāmi & sarmenta ampu-
tantur, sic in sermonibus sup̄flua yba dimittitur, & bona cū ratione di-
cta tenentur. Vnde dicta est disputatio quæ est docta & emēdata & polita
& erudita elocutio. Hæc nō inueniēt quibusdam cribrū ueritatis appelle-
latur. Roboratur autem disputatio suis neruis & ossibus sine quibus etiā
orator persuadere non poterit, ut annotavit Beroaldus, & tradit Faber.
- Secus.** id est aliter subaudiendū egisse, sed sermonem de pecunia nō au-
debat Henno adimplere, ingrediente uxore ne furtum suspicetur.
- Potestas.** nūtui. arbitrio, hoc loco, alias significat in persona magistra
tuum imperium. In persona liberorum patrā potestatē, in persona serui
dominiū mut notat Ituris consultus. ff. de uerb sig. l. potestatis uerbo.
- Opto.** desyderat. Optare uero interdū eligere, unde optio dicta electio
quæ uox in alia remotiōe significatione militēm designat quasi optatum
electumq̄ & ascitum. Petit. exposcit, expostulat. Petere alias ferire &
percutere, hinc cornupeta bos dicitus qui cornu ferit, hinc petitiones pro
prie dicuntur impetus gladiatoriū ut Beroaldus docet, sig nificat & iter ar-
ripere, unde romperet. Sunt aut̄ hæc uerba mulierculæ in cōtrarium sen-
sum accipienda, quod mox sequentiē eius sermone intelligi potest, dum in-
quit quia Dromo & filia nihil, i. non odiunt inter se, igitur, mutuo se amāt.
- Expedi.** absolue, perfice. Negocium. qđ cum Dromone cepisti &
cuius curatio ad me spectat nihil. Nam ad probam mulierem pertinet eo
rum dum taxat curam gerere, quæ intus sunt & nō foris, ut supra ex Ari-
stotelis sententia docuimus. Salubriter. incolumiter. Estamen salubre
propriū quod sanitati cohuenit, tamen pro fano ponitur. Salustius. Génus
hominum salubri corpore, hinc salubritas sanitas. Emporio locus pro-
tempore. Sicut econtra nundinę qđ est tēporis pro loco empirii sepe po-
nitur. Est aut̄ ἔμποριον græcū uocabulum, ut Plautini interpretes in mer-
catore explicant, a latinis usū captum, & significat mercatum, forum ubi
mercimonia fiunt. Vult aut̄ dicere ad proximū diem commertiorū huius
loci. Tueantur. defendant. Eum. Danistam. Ioues. iii. De Iouibus
& iunonibus lege Picum iuniorem secūdo cōmentario. Iouis ḡiest casus
a ntō Iouis quo usus est Ennius eo disticho quod supra in prima sc̄ena in
notis uerbi totius anni requires. Nam Iuppiter iuppitrīs & iuppiteris se-
cundum Priscianum format. Vscq. perpetuo.
- Salubre.**
- Emporiū**
- Iouis**

CHORAVLES CHORVS

Digna sunt apolline
Quo corruscant numine
Diligamus ergo nos.
Quorum ludos sc̄enicos

Quæ concinunt poetæ
Diuinitus prophetæ
Vates cœlitus sacros
Ostendimus facete

Digna sunt Apolline. Hic chorus cū sequenti exurgit in laudem poetarū quos hīc poeta more prisca uates prophetas & sacros uocat, qm̄ habiti sunt musarum sacerdotes & ministri Apollinis. Non me præterit altissimos literarū locos a prima origine metro conscriptos, quod & Plato De poeticis & Aristoteles nō sunt aspernati, quorum alter epigrammata, alter uero partibus poemata, item & artis poeticę initiationes edidit. Noui etiam sanctissimos theologos Nazianzenū. Hieronymū. Sedulius. Pauliniū, alios, carmina cēciniſſe, & non modo licere, uerum etiā & expedire nostra hac tempestate insudare musis, modo fabulosēne sint, nec obscenī argumenti, modo genitilium deorum memores ne simus, præterq̄ forte dum eos explodimus dum damnamus. Sed de his in sequentib⁹ choris, in quibus cum fiat frequens poetarum mentio, de poetica annotare non fuerit alienū. Tres eius partes faciūt, actiūam, narratiūam, communē. Actiūae partes sunt tragœdia comœdia satyrica mímica. Narratiūae partes moralis historica doctrina lis. Communis partes epopœia melopœia quæ & lyricalia. Elegiaca dithyrambica iambographa epigrammatographa hymnographa asmatographa epithalamographia moneda bucolica georgica. Tragœdia heroum regum tyrannorum in aduersis acta comprehendit, hæc apud latinos prætextata dicitur, a prætexto genere amicus, quo reges & latinorum magistratus utebantur. Tragœdiæ scriptores tragicis & tragœdiæ dicuntur, ceu fuerunt Eschylus Sophocles Euripedes Arion Phrynicus Ion Acheus Pacuvius Enni⁹ Seneca. De comœdia & mímica explicatum est abunde in prologo super uerbo comediam. Satyra græca res tragicas & graues comprehendebat, satyros rusticos inducens, ut interim iocis, lusibus, saltibusq; spectator mulceretur, huius propriū risus scurrilitates cum luctibus miscere. Satyra latina aliud poematos genus aliquid actiūam & mimicum continens Scriptores satyrici Pratinas Lucilius Horatius Iuuenalis Persius. Nunc de secunda parte, Moralis morum & uitæ præcepta cōtinet, ut pars magna georgicorum Hesiodi. Theognides Phocylides Menander epistolæ Oratii. Historica genealogias & priscarum rerū monumenta ut plurimum sicutiā ut theogonia Hesiodi, metamorphosis Ouidii. Lucanus Statius. Doctrinalis quæ aliquid docet, ut georgica Virgilii de agricultura. Halieutica Oppiani de piscibus. Manilius & Aratus & urania, Pontani de astris. Macer de herbis, Quintus Serenus de medicina. Priscian⁹ de situ orbis. Lucretius de physiologis. Boninontrius de natura rerum. Faustus de uirtutib⁹. Bigi opūscula christiana, & similia, & hos etiam scriptores epopœos uocant nonnulli. Epopœia heroicam continet, quæ p̄clarā gesta heroum & fortium uiuore describit, utilias & odyssea Homeri. Æneis Virgilii, pharsalica Lucani, scriptores epopœi & epici dicitur. Melopœia quæ & melica adiecto musico instrumento ut lyra cithara barbito & humusmodi peragi solebat, scriptores lyricali poetæ dicti sunt. Elegia hexame tro pentametroq; lamentationes & lucius decantat, scriptores elegiogra

Tragœdia

Satyra

Doctrina

Epopœia

Melopœia

Elegia

A C T V S

| | |
|--------------------------------|---|
| Dithyrambica | phi ut Callimachus. Philetes. Ouidius. Propertius. Tibullus. Dithyrambi ca quæ canit Bacchum & multifariam carmina inuoluit & implicat bacchicos modos, ebriosq; & insanos imitata, quæ & dithyrambopœa dicitur. |
| Iambographa | Scriptores dithyrambici & cyclici Arion Philoxenus. Pindarus. Iambographa iambicis carminibus maledicta contorquet, scriptores iambici ut Archilochus. Hipponax. |
| Epigrammatographa | Epigrammatographa statuas domos loca donaria uario carmine laudat aut uituperat, scriptores epigrammatographi ut Simonides. Palladius. Agathias. Martialis. Claudianus. Horatius. |
| Hymnographa | Hymnographa deorum hymnos canit & hæc impura, quæ uero pura unius de sanctorum concinit laudes, scriptores hymnidici & hymnographi impuri Orpheus. Homerus. Callimachus. Purus uero David. Hierotheus. Prudens. Chrysostomus. Hilarius Hieronymus Ambrosius. Ioannes Pius junior, & plerique alii. Asmatographa ad lyrâ barbiton cithara, & alia musica instrumenta carmen condit, scriptores asmatographi & cantores ut Demodocus. Phemius. Automedes. Epithalamographa nupiciarum solemnia carmine celebrat, scriptores epithalamographi ut Agamemnon. Hesiодus. Theocritus. Catullus. Claudianus Ausonius. Moneda unicum per sonam insignem reddit, scriptores monedæ ut in multis epitaphiographi. Georgica agricolationis præcepta continet, scriptores georgici, ut Hesiodus. Virgilii. Bucolica pastorum & agrestium mores imitatur & sermones, scriptores bucolici ut Bion Theocritus. Virgilii Calphurnius, ex nos Petrarca. Faustus. Mantuanus. Geraldinus, & alii. Quos uero diuinus Plato ex his poetis ab optima ciuitate duxerit esse pellendos, ne hic prolixior sim in sequenti choro referam: |
| Moneda Georgica Bucolica | Quæ, scilicet ea. Poetae interpretes diuinorum rerum. Nam poëtae idem apud antiquos & theologi & religionis magistri habiti, ut in sequenti choro annotabimus. Concinunt. & ideo facturæ eorum a canendo carmina dicta sunt, quia nisi decantata fuerint, diuinum nomen in turpissimum foedissimumque conuertunt. Nam est musica quædam cuius Aristoteles quoque meminit in politicis poeticæ pars. Harmonica dicta, & in duas partes scissa instrumentalem scilicet & uocalem. Apolline. sole cui diuini potestas ascribitur. Est apud Macrobius legere diuersas uirtutes solis nomina diis dedisse. Virtutem igitur solis quæ diuinationi curatoriali præst, Apollinem uocauerunt, ut eidem que sermonis auctor est, Mercurii nomen indidere. Sed de solis nominibus uariis in sequenti choro mentionem agam. Quo nomine. Apollinis nutu. A nuno numen Varro & Priscianus in quarto deduxit. Significabat autem id nomen gentibus dei nutum dei potentiam & ipsum deum & imperium. Junior uero Picus dñi canit. Numen personis distinctum uiribus unum, ita pro dei essentia & ipsa diuinitate, ut Sedulius pro diuina potestate sumpsit, cum cecinisset Salve sancta parens enixa puerpera regem. Qui cœlum terramque regit per secula tuius Numen & æterno complectes omnia gyro. Imperium sine fine dedit. |
| Carmina | |
| Numen | |

Prophetæ. de officio prophetandi uocantur quorum uoces itemq; Prophetæ
uirtutes quas ad finem diuinitatis edebant in thesauris literarum manent
nec iste latent. Ex iudicis autem & ad ipsos semper prophetæ perorauerat
scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia, hebraei retro qui
nunc iudei. Tertullianus. Dicitur autem propheta & prophetes a προφήτης
μη quod est prædicto. Prophetam ueteres hebrei dixerunt eum qui futura
uideret, quod nomen & gentes quoq; usurpauisse inuenimus. Quoniam
prophetas ut auctor est Festus antistites phanorū oraculorumq; interpræ
tes uocabant. Plato in Tymæo prophetas docet iudices esse uaticiniorū
diuinorum, nec uates eos proprie uocando, uerum interpretes illorum
esse, qui scilicet furore diuinant. Vates autem non furentes, sed interpretes
auguriorum & somniorum Curtius appellat. Sed & apud nos tres uates
aliquando prophetarum sumuntur loco. Vnde illud de Ioanne baptista
in hymno canit ecclesia, max meuatum. Apud Proclum. Porphyrium.
Synesium. Hippocratem ueterem medicinæ patronum. Apuleium quoq;
in asino aureo, & Epimenidem poetam prophetæ habetur mentio, apud
alios etiam fœminæ προφήτιδος.

Diuinitus. humanitus, cœlitus & si quæ similes particulæ sunt simili
tudinis.

Vates. poetas. Sunt enim uates apud iudæos qui etiam carmina scri
perunt. Nam ut Beroaldus uir multo omnium doctissimus attestatur
prophetarum princeps Dauid psalterium suum numeris poeticis concin
nauit, quod ut inquit Hieronymus in more Horatii Flacci & Pindari nūc
iambo pede currit, nūc alcaico uersu personat, nunc sapphico tumet, nūc
semipede ingreditur. Item Isaiae Iob & Salomonis luculenta uolumina
hexametris & pētametris uersibus ut Iosephus & Origenes scribūt apud
hebræos composita decurrunt. Hinc Arator luculentus inter christianos
poeta in carmine elegiaco ad Vigilium papam. Metrica uis sacris non est
incognita librī. Nam psalmos lyrici composueri pedes. Hexametris cō
stare sonis in origine linguae. Cantica Hieremie, Iob quoq; dicta ferunt.
Sunt autem qui poetas a uiendis uersibus uates dictos existimant, quod uie
re uincere sit.

Ludos scænicos. Ludi qui per plures scænas exhibentur. Scribit Vi
etruuius tria esse genera scænarum ut supra annotauimus, tragicum scilicet
comicum & satyricum. Tragica scæna deformatur signis & regalibus
rebus. Comica ædificiorum priuatorum habet speciem. Satyrica ornatur
arboribus & speluncis & rebus agrestibus. Item ludorum quattuor maxi
me genera celebrantur. Megalentes magnis diis consecrati. Funebres ad
retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honore pa
tricium uiri plene instruitur. Plebei pro salute plebis instituti sunt. Apollina
res Apollini consecrati.

Ostendimus. repræsentamus, exhibemus.

Ludi scæ
nici

A C T V S
HENNO ELSA DROMO

Hen. Ehodum redegī cunctā nunc in ordinem
Quæ mecum ituri in oppidum ferte ad forum
Vt ueneant quain plurimi. Els. Num tu traham
Frugibus onustum lateribus ueenum trahesc
Hen. Non, uos abite, caulem, olusculum, allium
Lac caseum portate supra uerticem
Partim quoq; & suffarcinate uestibus
Quicquid potestis ferre, ferte ad nundinas.
Nam auro est opus non aliter atq; uita. Els. Ita
Censeo quidem. Hen. præibo, uos sequimini
Dromo Dromo mecum, sed scenum baiula
Adeoq; binos tolle fasces quoad potes
Dro. Curabo recte. Hen. Iam ueni. Dro. Venio modo

Ehodum. Hic tertius actus breuiuscum incremetum processusq; tur
barum continet, ac tocius fabule errorem, ut ex secunda scena luculenter
apparet. Nam haec prima præparatiua est, qua uillanus collectis in unum
uillicis mercibus parat iter in oppidum. Ehodum. ad se uocantis parti
cula est hoc loco, alias interiectio est principium uel animaduersionis in se
poscentis, aut repente cernentis, interdū admirantis, aliquādo intentionē
audientis exposcit, nonnunq; interiectio ponentis aurem propiorem ut
echo nunquid nam accusatuirum. Mecum. personale aduerbiū. Nam
trium primorū pronominū ablatiuis uiuiscq; numeri subiungitur elegan
ter p; compositionē haec præpositio cum, & sunt aduerbia personalia, id
est certis distincta personis, ut mecum tecum secum nobiscum uobiscum
Virgilius. Id quidem ago & tacitus lycida mecum ipse uoluto. Idem. Ta
lia flammato secum dea corde uoluntans. Et debet haec dictio secum solum
iungi uerbis tertiae personæ uel singularis uel pluralis numeri, quare non
recte dicitur ueni secum uel ibo secum, sed cum eo dicendū est. Aliquādo
tamē separantur ut prior sit pronomē & posterior aduerbiū tēporis.

Ferte. ferri proprie dicimus, quæ quis suo corpore baiulat. Portariea
quæ quis iumento secum ducit, agiea quæ animalia sunt, ut tradit̄ Caius
uiris consultus. I. ferri. ff. de uerb. sig. Veneant uendantur.

Ehodum

Mecum

Ferri
Portari

Quam plurimi. huiuscmodi uerba cum ablative seu eratō iungū. Q[uod] plurimi
tur & quidem elegantius. cum grō ut pluris uendo. Traham. genus. Traha
uehiculā. trahēdo. caret em̄ rotis. Onustum. plenam. refertā. Et tamē Onustum
onustum proprie. cui onus ipsum honor est. ut his qui solent de hostibus
spolia ampla referre. Frugibus. frugum appellatione cadit quicquid Fruges
ex fructu terrae in alimoniam uertim⁹. quarum duo sunt genera. frumenta
& legumina. frumenta fruendo auctore. M. Varrone. Legumina uero
alegendō quæ siliquis includuntur dicta sunt. sunt enim siliquæ eorum the
cae hoc est integimenta. de quo uide Grapaldum. Vlpian⁹ negat poma di
ci fruges. cum Iulianus scribat fruges omnes esse quibus homo vescatur.
Frugiferas arbores Plinius Apuleius & Tacitus uocant. quæ fructum fe
runt. Fructus aut̄. arborum antiquitus fuerunt glandes. ut est scriptoribus
comprobatum. Vænum. id est. Vænale. uendendum. & scribitur diph. Vænum
thongo æ. Caulem. de quo Cato in re rustica. A caule caulinus si
ue colicus enascitur. Vocamus aut̄ capitatos caules prægrandes capi
te in orbem porrecto. Olusculum. allium. lac. caseum. dialyton. sed de
olusculo lacte. caseo iam satis supra dictum est. quare de allio id accipe.
Allium in caput crescit nucleo sc̄ membranis quibus uestitur includit. as Allium
perū est sapore & quo plures habuerit nucleos eo asperi⁹. Tradidere non
nulli interlunio positum. & item luna silente intermestriue euulsum odo
ris foedirate caritum. oculos hebetat. inflationes facit. stomachum ledit
copiosius sumptum. sitimq; gignit. Somnos tamē prouocat. atq; in totum
rubicundiora reddit corpora. Gallinis quoq; cōtra pituitam prodest. Au*i*
cēna cumuino dandū precipit aduersus serpentum morsus. Galenus uero
theriacā appellat rusticorū. At Horatius in epodo illud execrāt. Edat ci
cutis allium nocētius. Mancinellus. Plautus in mustellaria. Allium german
nam illuuiē uocat. tanq; germani nil tam exquisitū nitidū & lautum come
dunt. quin cepas & allia subcultrent. Verum enī uero si nūc uiueres Plau
te. securis sentires. Prisco non amplius uiuitur more. nō culta sed cultissima
germanis nunc est culina. Suffarcinate uestibus. id est in uestes cōpli
catas insinuate. Nundinas. Nona die romani fora quas nundinas uo
cāt cōstituere. quarum conuētus manifesta ratio. ut nonis tñmodo diebus
urbanæ res agerentur. reliquis administrarentur rusticæ. Inde nūdina romā
norum dea a nono die nascentium. qui lustricus appellatur nuncupata.
Priscis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur. & cum
cōsiliū publicum defuderabatur in senatum a uillis accersebatur. Plutar.
tradit nundinas Saturno consecratas. q; custos & felicitatis causa ille de
us esset. & nihil aliud esse nisi conuentum ex agro in urbem emendī uen
dendie gratia. quem mercatum uulgo nominant. Astipulatur glo. i. cū
bisextus. H. de uerb. signi. Verum de institutione nundinarum uarii uarie
scribunt. Auro est opus. egemus. Opus est mihi hac re. significat me Opus
egere hac re. Sed id uariis casibus iungi solet. Nam etiam opus mihi tua.

A C T V S

opera latine dicimus & tuæ operæ & tuam operam & tua opera. Sed hoc postremū ornatius est & totum oratoriū, Vult aut̄ Diomedes grammaticus opus non recte ponit cum habeo, ut nō recte dici opus habeo uel opus habebā, sed solum per uerbum substantiuū loquendū esse præcepit, ut opus est mihi. Interdum solus ablatiuū ponitur sine dīcō, ut Terenti⁹. Sed quid opus est uerbis, aliquando loco ablatiū ponitur infinitiuū ut opus est benefacere his qui de nobis benemeriti sunt. Peropus cōpositū eādem omnino habet naturam, de quo lat⁹ Valla, Man. Clichthouæus in omni bus facilis lucidus & clarus scriptor. Auro. usum pecuniariū ex quo cunq; essent metalli gñe antiquissimū constat, quatenus apud Iosephū legimus Cain Adæ primi hōis filiū anxiē cumulandis pecuniis incubuisse, qui primus ex auro denarium signauit, apud Plinium penitus latet, ueris Herodotus scribit lydos primos oīm nummū aureū & argenteū ad utendum percussisse. Romæ aut̄ ut Plinius aīt nummus aureus percussus est anno urbis sexcentesimo quadragesimo septimo. Argentū uero qđ & supra retuli primus oīm auctore Strabōe signari docuit Phœdon. Atq; Ephor⁹ ut idē auctor est scriptis prodidit primo Ægine a Phidone signari ceptū argentum. Ex quo ut uidere, uideor huiuscmodi scriptores primum ab Herodoto, qui sicut ostendimus Lydis hoc assignat, mox inter se dissentientiis in alterutro menda sit in dictione Phidonis unius mutatione literæ. Romæ signatū anno ab urbe cōdita quingentesimo octogesimo quin̄to, auctor Plinius, Eutropius uero dicit nūnum argenteū primum in orbe esse signatum anno urbis romæ circiter quadragesimū octogesimū tertium. Primi aut̄ punici belli sexto nota argēti ueluti Plinius aīt fuere bigæ atq; quadrigæ. Idē scribit, aurū uocari obrizū, quod excoctū purūq; est, & quo saepius arsit, eo magis proficit ad bonitatē rubetq; simili colore ignis. In Daniele scriptū est. Et ecce uir uitis uestitus lineis & renes eius accincti auro obrizo, ubi exposuit interpres obrizū aurū dici mūdiſſimū Legimus apud Fortunatū interpretē ecclesiasticarū dictiōnū aurū ophir dīci hebraicę, quod est ualde preciosum, quod apud latīnos obrizum appelletur. Item Plinius aurum inueniri pluribus modis docet in fluminum ramentis, ut in tago, pado, hebro, pactolo, Gange & in india, quod a formicis & gryphib⁹ ut etiam in scythia eruitur, alio modo puteorum scrobib⁹ effodit ut in ruina montiū. Auro aut̄ multa scelerā fiūt, hinc bonus poeta. Quid nō mortalia peccora cogis auris sacra famēs. Et Ouidius, effodiuntur opes, irritamenta malorum. Iamq; nocens ferrum ferroq; nocentius aurum prodierat. Properti⁹. Auro pulsa fides auro uenalia iura, Prudentius christianus Horatius. Pudor per aurum soluitur, uiolatur auro integritas, pax occidit, fides perit leges & ipsæ intercidunt. Hoc cogite os, q; sub noīe religionis nihil non licere sibi opinātur. Nam cum ad instruendos mortalium animos pacēq; humano generi conciliandam creati atq; instituti sint, nihil amplius existimant aut magis conantur q; pro libidi-

SECUNDVS XLVII

ne seditiones principum excitare, nepharia & uoluptates flagitosissime
explere. Dromo Dromo mecum. subaudiendum proficilcere. Aposi
opesis figura est que latine reticentia uocatur. Hec locum habet cum relin
quitur uerbum, quod trifariam fieri potest, aut per se ipsum & ad aliū trā
fit & est prima, aut tacet nec ultra aliquid dicit, & est secunda, aut alterius
interuentu persone ut supra in secūda secundi & est tertia. Aposiopesim
amat nimia indignatio. Nec potest complere orationem qui & secum lo
quitur & dolore uexatur, ut Virgilius. Quos ego, sed motos prestat com
ponere fluctus. Terentius. Ego ne illam, qu e illū, que sine modo mori me
malim, familiaris est certe hac eclipsis & comicis ut dixi non ingrata ex
Donato.

Baiula. gesta armo. Plautus in asinaria. Ego baiulabo, tu ut decet do
minum ante me ito inanis. Idem in mercatore. Non edepole quidem mi se
nex, non didici baiulare, inde baiulus.

Fœnum: quo aluntur iumenta. Fœnum autem ipsum a fœtu nomen
traxit auctor Pompeius. A fœno fœniseç qui fenariis falcibus fœnum in
pratis secant. Tolle. in protrito significato, alias educare significat.
Plautus, quod erit natum tollito. Terentius. Plautina simia, decreuerunt
quod natum erat tollere.

Fasces.. fasces est cuiuscunq; re i congeries quam ligando facimus, cu
ius diminutiuum est fasciculus, quia uero fasces graues sunt portantibus.
Hinc aliquando pro onere desumitur. Virgilius. Ego hoc te fasce leuabo
In numero uero multitudinis pro magistratibus & honoribus. Nam anti
guitus alternis mensibus consules habebant fasces hoc est li

stores qui cum fascibus virgarum securibus alli
gatis anteibant. Ideo autem uirgē ille se
curibus alligate prefereban
tur, ut signum fo

ret non oportere iracundiam magistratus
esse dissolutam. Virgis aut quod mutari poterat cor
rigebant securibus quod emendarinon poterat absconde
bant, latius apud Aulum Gellium.

Baiulo

Fœnum

Fascis

DANISTA HENNO DROMO

Pecuniam fers Henno: Hen. Cur pannum
Hoc cum meo Dromone nullum miserat:
Aut cur & ipsos aureos datos tibi
Octo retentas: nisi tui fidentior
Essem, nihil non suspicarer, ut solent

ACTVS

Qui nesciunt quis improbus uel quis probus.

Dan. Tu uero habes panium atq; ego pecunia

Careo,fidem tuam secutus maxume

Pecunia

Pecuniām. Danista pannicida Hennoni obuiam factus, quia me cū seruo miserat & iam solutam pecuniām crediderat exposcit, fitq; error comicis fabulis accommodatus. Aduertendum uerbum pecuniae non solum numeratam pecuniām compleſti, uerum etiam omnem omnino pecuniām, hoc est omnia corpora. Nam corpora quoq; appellatione pecuniāe contineri nemo est qui ignorat. Pecuniā autem quod pecudum notat signata sit dicta putant. Sed a pecoribus ut Varro sentit. Nam maiores quod habebant ex pecoribus habuerunt. Cuius quidem Varronis opinionem diuīs noster Augustinus in libro de doctrina christiana explicat quod & decretis canonīcīs refertur. q. iii. ca. Totum

Fers

Fers. norae significa tōnīs. Sed & inter plures significantias quas disfuse grammatici explicant intendere significat. Virgilius. Fert animus causas tantarum exprimere rerum. Item Naso In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Plautus quoq; secundum quem plautini interpretates id receptum uolunt in captiuis dixit. Tandem ista aufer, dic qd fers pro intendis, subdens ut feras hinc quod petis, ludens in uaria significacione huius uerbī fero.

Nullum. id est non. Plautus in trinummo. Nullus credas. Item Terentius in phormione. Nullus es Beta, que magis est prisca q̄ grammaticē nos stratis obseruatio. Volunt quidem grammatici nullus nulla nullum pronon cum uerbo substantiuo nullo altero sequente nomine ponū, ubi uero pro aliis adiungitur uerbis, aut uerbo etiam substantiuo aliquo nomine sequente solitam suam retinere significantiam, ut nulla mihi sine te est uoluptas, ego quidem in eiusmodi cedendum puto usui.

Aurum

Aureos. octofurtiuos scilicet & per Dromonem clām retentos, pau lo ante quando signare coepit aureus nummius mentio facta est. Sed quod pene mēmoria exciderat ne nihil studiosus adulescēs defyderet. Sciat aurum dictum quia præcipue custodit, græcienim w̄p̄ reperire dicitur, unde & thesaurum. Hippocrates de nomine inuentoris id dictum putat. Quidam ad similitudinem auroræ coloris nō men traxisse existimant, nō nulli quia mentes hominum aueritat, alia a Sabinis translatum purant, qd illi ausum dicebant. Pompeius aurichalcum uel orichalcum, quidam putant compositum ab aere & auro, siue q̄ colorem habeat aureum. Orichalcū sane dicitur, quod in montosis locis inuenitur, mōs etenim græce ῥόγος appellatur. Pius Bononiensis.

Datos tibi. id est a metibi missos, uel datos id est solutos & nomine meo tibi redditos per Dromonem.

S E C V N D V S

XLVIII.

Nisi te fidentior essem, nisi maiorem de te concepisset fidem, uel nisi majoris apud me essem fidei. Ut solent. subaudi suspicari, qui nesciunt quis probus &c. de his scilicet quorum mores uel uitæ consuetudo eis non Cōfidētia est perspecta. A fidente qui fidei adhibet credit spem ponit fidentia nasci. Consideretur, quæ est fortitudinis pars, ut docet Cicero in rhetorïcïs, & dicitur cū laude. Verum confidentia in uitio est, cum sit temeritas & audacia, ut narrat Sarracenus Plauti interpres in prima scœna Amphitryonis super uerbo confidentior. Hinc Terentiana illa exclamatio. O ingentem confidenciam. Scendum tamen uerbum ipsum cōfidere esse fiduciam habere, nec accusatiuum cum particula super aut ablarium solum cum præpositiōe in post se perit ut plæreç neoterice grammaticæ tradunt, sed uel datiuū ut tuæ humanitatî consilus ad te configere decreui, uel ablarium sine præpositione, ut tua(qua in omnes uiteris) benignitate consilis opem tuam implorare statui. Simplex autem fido modo datiuum habet. Mantuanus Fidite uirtuti fortuna fugatior undis. Non manet & certam nescit habere domum. Modo ablarium, ut tua sis benevolentia intrepidus accessi, A quo fiducia quoq; in bonam partem deriuatur.

Fidem. a fiendo. Cicero. Fides enim nomen ipsum uidetur mihi habere cum sit quod dicitur, fiduſta a fide denominata ea quæ maxime fidei Fides erant. Apud eruditos Plautum, Virgilium, Liuium & cæteros historicos Fiduſta fides accipitur pro auxilio. Plautinus Sosias. Tuam fidem obsecro. Virgi lius, Tyrrhenamq; fidem. Donatus fidem exponit opem & auxilium.

Hen. Iuro aureos dedisse, qui nil sumperim.

Dan. Pannumq; ego dedisse, qui nil sumperim

Hen. Veni Dromo, tibi iste pannum tradidit?

Dro. Nō. Hen. Ecce. DA. tu ne pecuniam dederis mihi?

Dro. Nō. DA. Ecce. Hen. pannū ne portasti dromo?

Dro. Nō. Hen. Ecce. Dan. Crede, dedi dromōi q̄ndecim.

Panni boni ulnas, tibi referret credito.

HEN. Quid credito; numeraui in huius ego manus

Octo aureos. DRO. factum magister pernego.

Hen. Et ego Danista ulnam uel ullam pernego.

Dan. Fateor, tibi Henno non dedi, famulo dedi

Dro. Factū Danista pernego. Dan. o probe uir Dromo.

Non inde sic euaseris trilitere.

ACTVS

Participia
sine origi-
ne

Acceptio-
nes manus

Iuro. Aduertendum iuror nō dici, & hinc dubitare plerosq; nungd iuratus participium sit, super qua re Diomedis ex libro primo uerba posse collibuit. Recipiuntur aut in positione passiva ea quæ nō habent passiuam declinationem, sicut apud ueteres inueniuntur iuratus. Non enim dicimus iuror. Similiter & pransus & coenatus potus quæ participia esse aut uerborum significatio aut figura nō patitur, minime enim a uerbis de riuantur, & hæc duntaxat reperiuntur in toto sermone participia quasi passiva, quæ originem non habent, quale est iurati iudices pronunciauerunt. Apud Ciceronem legere est coenatus pransipotis oscitantes. Secundum eundem Diomedem prandeo prandes dicitur & prandi facit & nō pransus sum, nec prandidi. Manus. plures habet significaciones. Mutilitudinē enim & collectionē indicat. Vir. Hæc manus ob patriā pugnādo uulnra passi. Non tacendū reor pro capienda instrumento a ueterib⁹ accipi, non dico de manu nostra quæ digitorū collectionē & potestatē gerit. Lucanus. In manibus uestris quantus sit. cæsar habetis, sed pro proboscī de elephanti. Nam hanc manū uocant latini. Curtius in quarto cum de elephanto loquitur sic ait præcipue terribilis illa facies erat. cum manu arma uirosq; corriperent, & super se regentibus traderet. Idem in eodē copidas uocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes quibus appetebāt belluarum manus. Sed elephanti anguimanus ideo uocatur, quia proboscis quā manus diximus uocari ad omnem partē uertitur. Lucretius in quinto. Anguimanus belli docuerunt uulnra pœni. Sufferre & magnas martis turbare carueras. Manus plerūq; pro manū scriptura ponitur. Quintilianus primo institutionum oratoriarum caussa. cassus Cicero. & Virgilius scripsit. Sic manus eore docet. Hominis manus in quinq; digitos distinguitur. Nā qui præ aliis potest potensq; est pollicem dixerūt. Huic proximus est digitus salutaris, quem nonnulli iuniores indicē uocauere, cuius Suetonius in uita Augusti, & Martianus de nuptiis philologie memineunt. Dicitur autē salutaris uel quia non salutatus nisi uisa & indicata, uel quia eo comprimimus os ad silentiū, quod salutare est præceptum, salutarī digito proximus est medius, cæteris est longior & apparētior in medio, positus digitorum ob ignauiam apparet. Indigere enim uidetur alio rū defensione, idco apud antiquos infamis digit⁹ uocabatur, ut est legere apud Persium luuenalē. Nec hoc ignorādū ut ille cui ostendebat talis digit⁹ dicere & ignauus & uītū illūstrior cæteris sicut iste obscenus digit⁹ longitudine inter alios est eminentior. Hunc sequit̄ proximus minimo, quē medicinalē uocari ait Macrobius. Nam neruus quidam de corde nauis pergit usq; ad digitum manus sinistræ, qui minimo proximus est, ob quā causam nouus nuptius huic digito tanq; cordis uicario suæ sponfæ imponebit annulum, ut est apud Gellium ca x. li. x. Hic uero digitus hoc est in sinistra minimo proximus a situ id nomen assecutus est, qui uero ultimus est ob breuitatem minimus uocatur. Pernego. maxime nego & quasi

SECUNDVS XLIX

abiuro, quod proprie est credita uel data negantium. Per particulam augere significantiam omnibus manifestarium. Vllam pernego. subaudi me accepisse. Famulo. Dromoniseruo, tracta origine ab oscis po Famulo pulis apud quos seruus famul dicitur. O probe uir per contrarium sensum, quam ironiam dicimus. Sic. per solam inficiationem, per negationem, abiurationem,

DRO. Triliterē hoc quid est? num fama leditur?

Famam uiro obfuscas, magistratus uetat.

Triliterum ne nomen est suis aut bouis?

DAN. Quid si bouem te non nimis sed o Dromo

DRO. Quid o Dromo? feci nihil quod dedecet

DAN. Iudicio sisti te spondes? Dro.spondeo

Dan. Quin iam? Dro.placet. Dani.promitte

DRO. promitto.Dan. Veni

Triliterē. trium literarū homo sur scilicet. Hoc enim nomē continet tres literas. Plaut⁹ trium literarū homo sur trifurcifer, in aulularia. Literas auctore Prisciano li. i. elemētorū uocabulo nuncupauerū ad similitudinē mundi elementorū, sicut ēm̄ illa coeuntia om̄e corpus perficiūt, sic etiam hæ coniuncte literalem uocē quasi corpus aliqd cōponūt. Hoc uero interest inter elemēta & literas; q̄ elementa proprie dicunt ipse pronunciationes, note autē earū literā, & hec indeclinabilia sunt tā apud gr̄acos q̄ nostros Diuus Hieronymus eos uocat abecedarios qui literarū seriē atq̄ ordinē prosequunt. Syllabarios tero qui syllabas ipsas colligere & syllabatim legere incipiāt. Nominarios eiusmodi hoies qui integra nomina proferāt. Dabimus (inquir) in nostra etiā lingua similitudinē qua cōsequētia huius ratio patescat in literario ludoubi pueri prima elementa suscipiūt. Abcedarii dicunt quidā, alii syllabarii, alii nominarii, alii iā calculatores appellātur, & cū audiuerim⁹ hæc nomina ex ipsis qui sint in pueris pfectus agnoscamus. Similiter & in liberalibus studiis cū aut locū recitare aut allocutionē uel laudē aliasq; per ordinē materias audierimus, ex materiā nomine profectum adolescentis aduertimus, hac tenus Hieronymus. Sed Augustinus item abecedarium uocat ordinē illū literarum quē pueruli condiscunt. Quod & Fab. itidem Fulgentius in mythologicis sequitur. Ordinē autē hunc literarum syllabarum & nominum diligenter ac docte Manili⁹ expressit his uerisibus. Ut tridibus pueris monstratur littera primū. Per faciem nomenq; suum componitur usus. Tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis. Hinc uerbis structura uenit per uerba ligandi. Tunc rerum uires atq; artis traditur usus.

ACTVS

Infamia
notantur

Fama leditur. integritatis probitatis estimatio in minuitur, hinc idonei scriptores frequenter infames quum probitas suspecta habet famulos appellant. Rariuscule autem famosus in bona partem assumitur, licet Apuleius in undecimo scripsit in eandem significantiam. Virgilius alioquin grauis & sobriae religionis obseruatione famosos, consimiliter Firmicus Materius in secundo famosos oratores appellat famigeratos & inclytos. Plinius quoque in epistolis famosam causam dixit, claram & illustrem intelligi uolens. Beroaldus latius in Suetonii & Apuleii commentariis, cui subscribit Pius discipulus in Plaut. commentationibus, ramet si non in qua euariantia doctrina praceptoris tradere uideatur, quod & summa modestia & optima ratione facit. Pausanias in attica ut refert Picus iunior in commentariis suis nunquam satis laudandis memoriae tradidit Athenienses famae dedi casse templi. Et sane fuerunt Atheniensis supersticiosiores alii. Recepit enim aliorum deorum cultum, & proprios etiam atque peculiares ipsi conametis sunt. Scribit idem Pausanias, plus illis studii in diis colendis quam aliis fuisse nationibus, eos uero Atheniensis imitatis sunt romani, qui alienas ceremonias etiam deuotarum gentium libenter admittebant, & praecepit Atheniensis, a quibus primo leges peritum miserunt. Obscuras. obtenebras obnigras. Viro. subaudi mihi, & uehementiam arguit reticentia ex commotione indignabunda ut quotidianus comprobat usus.

Famam, commutando in infamiam. Hi uero notantur infamia, qui ab exercitu ignominiae causa ab imperatore eo uel cui de ea re statuendi potestas fuerit dimissus erit. Qui artis ludicrae pronunciandi uel causa in scaenam prodierit, qui lenocinium fecerit, qui in iudicio publico caluniare praevaricationis uel causa quid fecisse iudicatus erit, qui furti, qui bonorum rapitorum iniuriarum, de dolo malo & fraude suo nomine damnatus paue erit, cum plerisque aliis casibus seu modis, quos Iurisconsultus Julianus examinuisse enumerat li. ff. tertio. l. i. titulo, de his qui notantur infamia. Magistratus ueterat, contumeliam scilicet aut conuicium inferre uel dicere, que iniuria significantia secundum iurisperitos continentur. Si quidem uel re uel verbis iniuria fit, re quidem quotiens manus inferuntur. Verbis autem cum conuicium dicitur. Sunt autem magistratus appellandi quibus in re publica liberandi iudicandi & iubendi est facultas, & maxime iubendi. Nam iubere ceteris imperiosius est, ut sentit Aristoteles quarto politicorum capite penultimo. Quanquam idem Aristoteles non uult ut de uocabulo ut qui proprie uel impropre magistratus dicantur magnam agit mus contentionem, ut tamen lectoris animus uarietate materie oblectetur de his ipsis magistratibus non nihil referentes semitam paruimper egredetur. Cestus primum quidem a Deo optimo maximo omnium domino qui solus omnium optimus magistratus est & gubernator potestate oem iudicandi regendique auctoritatem hoibus data. Proverbiorum libris legitur Per me reges regnant & conditores iusta decernunt, & apertissime Paulus

S E C V N D V S

L

omnis potestas a domino deo est, & q̄ resistit potestati, resistit deo. Atq̄ eo
 dem spiritu uicarius ecclesiae. Subiecti estote omni humanæ creaturæ pro
 pter deum sive regi quasi præcellēti sive ducibus quasi ab eo missis ad uin
 dictam malorum, laudem uero bonorum. In quem pariter sensum diuina
 ex alto sapientia intonat, Audite ergo reges & intelligite discite iudices
 finium terræ &c. paulo post subdens, quoniam data est a domino poe
 stas uobis & uirtus ab altissimo qui interrogabit opera uestra &c. Cum Pōficalis
 autem summi illi duo magistratus, pōficalis scilicet dignitas & imperia dignitas
 toria maiestas illa quidem per superbenedictum saluatorem nostrū in apo Impatoria
 stolorum principem eiusq; successores ueluti melioris regni sui quod non maiestas
 de hoc mundo erat uicarios, hæc uero in romanorum imperatorem (qui
 magistratus hodie penes germanos est gerente illum post diuum patrem
 Augustum iam multis annis magnanimo Maximiliano austrio, de cuius
 acumine ingenii corporis robore rerum q̄ & linguarum peritia pruden
 tia iustitia fortitudine temperantia liberalitate clementia pietate fide fo
 derum ictorum obseruantia reliquiasq; in hominē rarissimis in principe rarissi
 mis uirtutibus adhuc imbecillitatem ingeniali mei cogitans referre
 quippiam contremisco) per romani populi consensum, ueluti mundi huī
 & terrestris regni dominum translata est, ut uidere est in l.i. ff. de constitu.
 prin. §. Sed & quod princi. insti. u. de iur. nat. c. cuncta & c. per principalem
 ix. q. iii. commode & ut res causæg singulorum expostulare uidebatur
 ubiq; locorum & terrarum adesse non potuerūt. Ideo auctoribus eis ma
 gistratus quas nunc iurisdictiones appellamus diuisi sunt. In summos sci
 licet seu maxios q̄s iuris periti sup illustres uocant. Continet aut̄ magistra Diuilio
 tus maximus principis appellatione, quippe hac dumtaxat appellatione magistratu
 papa & cæsar significantur ut sacris iurium literis proditum est, Hunc ue um
 ro summū magistratū a principio cētū uiri senatus romani post dictato Principis
 res patriciūq; gessere, in maiores & illustres, quorum hodie in loco cen appellatio
 sentur reges & cardinales, patriarchæ & primates ad latus summi magi
 stratus sedentes, ut olim senatores præfecti prætorio orientis uel illyrici Superillu
 præfecti urbis questores & comites donationum. In magnos & spectabi stres,
 les ut olim erant pretores præfecti uigilum proconsules, præfecti augusta
 les, præfecti ægypti, comites rerum priuatarum, comites orientis & comi
 tes prouincias regentes, hodie uero duces marchiones comites & baro Illustris
 nes, cardinales in prouincias missi, archiepiscopi, episcopi. In clarissimos
 qui parui magistratus appellantur, ut præfides prouinciarum, & hoc no Spectabi
 stro æuo hoc habentur, in ordine terrarum rectores, & quos uulgo capi les
 taneos uocamus, item præpositi decani. In minores præterea & infimis, Clarissimi
 quales sunt defensores ciuitatum ut uulgo dicitur burgimistri, & inter Minores
 ecclesiasticos parrochiani. Ex infimo uero seu minimō magistratu cenſen
 tur municipiorum regentes, & ex sacerdotibus priuati, qui simplices etiā. Infimi
 (appellari solent. At hæc de magistratuum differen

L ii.

A C T V S

tia obiter dicta sunt, ne omnino nostri temporis ratione mignoremus, qd plerumq; fieri solet, dum nimis impēse externa & quodammodo ipsa ue
sus tustate uetustiora perquirere conamur. Suis. Caius Iurisconsultus in
quit. Sunt quadrupedes quæ gregatim pascuntur, ueluti oves capræ bo
ues equi muli asini. Sed an & sues appellatione pecudum continentur quæ
ritur & recte Labeoni placet contineri, sed canes inter pecudes non est, lo
ge magis bestiae in eo numero nō sunt ueluti ursi leones pantheræ, elephā
ti aut & camelii quasi mixti sunt. Nam & iumentorum operam præstant
& natura eorum fera est. Sus genere cōmune est, putaturq; prima hostia
suisse, quia rī tu semina eruerat, ut est apud Pythagoram Otidianum. A
sue lucula per diminutionem, qua uoce Plautus, alii usi sunt. Item suarius
suum custos. Et quia sues extremae sunt libidinis factum est uerbum suba
re, quod libidinari significat. Hinc subarii dicuntur in muliebres amores
fluidi. Sus græcæ dicitur v̄g olim θυτης, ab illo uerbo θειον quod est immo
lare. Nam a suillo genere (ut iam dixi) immolandi initium primum
sumptuose uidetur, de quo latius Ouidiani interpretes, & Pius in aulu
laria Plautinarum fabularum lepidissima

Bos. cuius diminutio est bucula. Seruius bos inquit anomalum est
Nam bos in bobus producit primā syllabā, in reliquis casibus corripitur
prima. Scribit formā bou Varro li. ii. ca. v. Columella uero li. vii. ca. i. Bos
inter tria ḡnā pecorum omnibus p̄cipua numerat. Bos enim nobis terrā
colit, sine cuius opera agricultura oīo difficilis esset. Hinc Hesiod⁹ quoq;
pacio domum exprimere uolens cecinit οὐκον μὲν περιπτεραὶ τε
βοῦται ποτίσαια hoc est domum quidem in primis mulierem & bouē ara
torem, hic quidem præcipue ad uitium, illa uero ad liberos, dans per mu
lierē etiam uirū intelligere, & per bouē seruum & cætera ad cōparādam
uitū necessariā possessionē, qd partim in secundi prima relatiū est. De
decer.

Dedecet. inconueniens est & inhonestū, ac si diceret nihil feci alienū boni ui
ri officio, cōtrariū decet quod significat aptū esse & consentaneū tā temporis
q; personæ. Consistitq; in factis dictis uultu gestu & incessu. Spondes.

Spondere. promittis, quo in significato uulgo capi solet. Significat uero proprie ut
Varro docet dicere, & a sponte id est uoluntate deducitur. Hinc sponsus
consponsus sponsa sponsio & sponsalia deriuantur, & qui spōnderat
filiā despondisse dicebat, q ex spōte eius. i. uolūtate exierat.

CHORAVLES CHORVS

Mul̄is, poetis & sacro

Phœbo referte gratias

Phœbo referte gratias. Concordat sere cum præcedentib; chorus.
Nam poeticum studiū laudat, malarumq; aduersarios carpit. Quanquā
poetarum lectionem receptissimi probatissimiq; uiri dissuadent, nō tamē
omniū nō christianorū sed gentiliū & cæterorū omniū, qui mollia effera

aut distrahentia & maledica scribunt. Nam ex his omnibus poetis quos
præcedēti choro nūerauimus, qui ad optimæ ciuitatis formādos aduleſē
tes & ciuiū liberos præcipue sunt admitti mortales, doctrinæ epopœi
& puriores hymnographi, ceteros iubent Socrates & Plato ab optia ciui
tate esse pellendos, de quo post Basiliū magnū. Picum iuniorē. Iacobū
Fabrum auunculum meum legēdum censeo in apologia, quam nuper co
tra non natos, non ueros, sed creatos & nudos poetas quosdā æquissimo
iure conscripsit. Musis. Musæ nomen Plato. μῦθος quod est inquire Musæ
retractum putauit. Eusebius a μύθῳ qđ honesta initiari doctrina potest in
uenire. Nouē aut̄ eas qđ uulgatior opinio recepit suisse Iouis & memoræ
filias in theogonia fabulaq̄ Hesiodus. Diodorus Siculus historiographus
puellas nouem numero asserit, quæ Osiridēm sequerentur musas appella
tas, cantantes & ducentes choreas. Alchimæon & Eusebius & Musæus de
illis diuersa quorum hic duo genera commentus est, de numero etiam nō
leue inter gentes dissidium, namq; plurimi nouem. Varro, Pausanias Cē
sorinus tres tantum existimauit, uariis omnes cōiecturis moti, quas perq;
elegantí suo de musis syntagmate Lilius expressit. Cicero in natura deo
rum quatuor asseuerat, quæ fuisus Picus noster iunior explicat in cōmen
tariis hymnorū suorum, qui hymnis uniuersa pene & diuina & natura
lia & moralia præcepta comprehendit. In commentariis tero nō tam the
ologica dogmata & uocum significantias quā fabularum mysteria græ
cis citatis scriptorib⁹ Athenę, Eustathio, Stephano, Dionysio, & hoc ge
nus aliis apertissime demonstrat. Iccirco cum christianos christiana poe
sis deceat, si in locum gentilium lasciuorumq; poetarum hi Ioannis Fran
cisci Pici hymni in scholis, ubi tēneri puerorum animi instituuntur succe
derent, facile in bonos plæriq; omnes euaderent. Quoniam quo semel est
imbuta recēs seruabit odore. Testa dīt, atq; adeo a tēneris astuescere mul
tum est. Et illius ergo Aldus Manutius Romanus amator bonarum lite
rarum incomparabilis (qui anno ab hoc superiori sexto mihi Virgilium
& Pontanumenchyridia ad archetypam ueritatem) quia prælo suo vul
gati ex celeberrimis Venetiis tergestum muneri misit, postquam non in
gratiae de Cæfare nostro glorioſissimo germanicisq; rebus quæ tunc
meliores erant, & ſolliciores imminebant, propter ſuperſtitē, sed non mul
to post prohdolor ſublatum immaturo luctuosissimoc; totius christiani
orbis fato Inclytū Philippum Austrium regnorum Hispānæ regem ca
tholicū sermonem fecisse, erat enim Ald⁹ ipse cæfaris cū primis germano
rūq; obſeruātissim⁹, qđ ingenuē fātē & affariū probāt cū plurimē eius
literę tam Cæſari & cæſari proximo antiftiti nostro Gurcēsi q̄ Ioāni Col
lauio ture cōſultissimo quōdā patrono meo. Ioāni fruticeno eruditissimo
ac binę mihi trāsmisſe, christianos poetas cura sua impreflos statuit, publi
care, ut loco fabularum & poetarū gentiliū tēnera puerorū artas illis im
bueret, ut uera pro ueris & falsa pro falso cognosceret, atq; ita adoleſcē

A C T V S

uli non in prauos & insideles, quales hodie plurimi, sed in probos & orthodoxos euaderent. Cæterum Lilius in syntagma suo musarū nomia cognominaq; quorū apud poetas s̄epe fit mentio recenset, q; illis collegiſſe se dicit, quibus est fœcūdius ingenium ad gentilium errores explodendos, itē placēt q; de musis in Fulgentiū Pius annotauit. Nos aut̄ musarū nomina & cognomina in postremo choro ibi uerat musa sequacib; industriis referēda seruamus, amplam facturā modo de poetis poetarūq; lectione mentionem, non nostri sed aliorum uerba locuturi.

Poetis. Poetæ nomen ut Picus in cōmentariis suis refert apud antiquas nationes celeberrimum fuit, idē enim poetæ & theologi & religionis ma-

Poetæ no- gistrī, sic Orpheus Linus, alii, quos poetas dicimus theologos appellabāt, mēclatura & orphicæ quoq; theologiæ apud Platonicos crebra mētio, & apud Ari stotelē sub theologi nomenclatura citata eorum testimonia leges, postea factum ita & carminis auctoritas & usus obtinuit, ut hi qui sapientes dice bantur, nec ceremonias deorum nec oracula canebant, sed rerum indaga bant causas, & de natura etiam sublunari disserebant, uigilias suas & mo numenta exactis carminibus memorie posteritatis commodarent, in hoc numero Empedocles, Parmenides, alii, ubi uero philosophi gentium pro fa oratione sunt usi, poetæ nomen ceperit uilescere, quoniam hi qui carmina cudebant, relictis naturæ studiis fabulas amplexi sunt. Homerū ea ex pte secuti, q; uulgī aurā captans suis poematis uana pmiscuit eidē, alia ex parte aduersati, qua uel naturali uel de morali philosophia dulcissime ce cinit, & prætere a se solos poetas appellant, obscuraruntq; professiōem alioqui suapte natura fulgentē, sed uinā peius Homero non cōmisserint posteriores poetæ, qui de omnibus uitiis carmine dissenserūt, adeo tū professionis nomen infamarunt, quo genere græci multi latiniq; peccarunt, uixq; obtentum apud philosophos & Platone & aristotele intercedentibus quin ipsum nomen poetæ ranq; ab eorum studiis abhorres expolodere tur. Apud nos quoq; multis sibilis eiectum fuisset, ni tot præclarī uiri desertæ quasi artis patrocinium suscepissent, & re ipsa monstrassent poetæ nōmē ea esse natura, non modo cum fabulis uanisq; commentis, non cum libidi nibus & anilibus nugis amicitiā ineat, sed cum ratione morum cum ueris historiis, cum naturæ decretis, cum diuinis placitis cōmerciū & arcuissimū quidem atq; cognatum habeat. Rectiusq; appellare theologum qui de diuinis carmina cudit q; poetam, & eum qui de natura differit carmine philosophum naturæ secreta ratione uestigantem q; poetam, astipulante

Theolog⁹ Aristotele inter artis poeticæ initia. Nihil aut̄ cōmune est Homero & Em pedocli præter metrum, quare poetam illum quidē uocari iustum est. Phy siologon uero magis hunc quam poetam, uerum illis qui a uera unius dei religione abalienati in fallorum numinum adoratione frequentes erant manus omnino succensendum, quando eum quo tameti falso tenebantur cultū prouehebant, quæ uero par poena delictis nostratim q; uel spurcis

SECUNDVS

LII.

libidinibus decantandis omnia contaminant, diuinam legē diuinacq; elo-
quia uel ignorantes, uel malo spiritu acti superbia & contemptu quodam
prætereuntes, dicentes, & sacrī literis & christianis poetis parum elegan-
tia inesse, & gothicū ac barbarū nescio quid adhuc redolere. Non in-
fior ego immo cū doctissimo suauissimocq; patriota meo Beato Rhena-
no, cuius cū frequens memoria tum uerbis ueluti atticis libenter utor, nō
strates illos poetas paulo ineptiores, & ab elegantia illa prisca & romana
quæ cū imperio sensim imminuta est temporum infelicitate sēpe lapsos
sed nonne ipsa quæ in eis est eruditio oppido q̄ sancta tanti fieri meretur?
ut nullis uerborum cōpta lenociniis, mente em nō lingua reponunt opes
Genuino igitur suo cultu bullatis & ut Flaccus inquit canoris gentilium
nugis longe sit gratiō, amabiliorq; hinc decreta canonica sedulo admō-
nent scholasticos ut humilitate induiti christiana discant non contemnere
qd̄ tribus diui Augustini rationib; astruitur, q̄ habetur dist. xxxviii.c.

sedulo. Ioannes Geiler doctrina uera & opere exemplari consummatissi-
mus concionator ita poetica laudat nostrum ingenia. Si affuerit (inq) Iudicium
dei amicitia quæ eos furorem hunc poeticū laudabilem utiq; sursum di-
rigere in laudem dei sanctorumq; eius compelleret, in quo solo putat po-
etas Plato in re publica admissum iri debere. Si inquam talis dei esset iun-
cta amicitia summe placenteorum ingenia. Sed pauci admodū sunt, q̄s
non detineat adulterina haec nescio quæ in legendō poetas uoluptras, vīcī
adeo ut fere omniū aliorū quæ sunt fidei nostre nihil in affectum etiam si
mira de eis scribant & loquantur instar prædicatorum trahāt. Utinam po-
etas tales quales fuerunt Hieronymus. Augustinus. Chrysostomus & eis
similes nutrit̄ ret nostra ætas, utiq; aurea es̄t. Sed Tibullos sed Propertios
sed Catullos, sed Martiales & Ouidios nobis gignit terra hæc maledicta
hæc ille. Jacobus Faber Stapuleñ, pro sua & multorum salite quodā loco
sic confitetur, reuera diuina lex & diuina uolumina deberent esse nostra
carmia, nostræ meditationes & iuges laudes tota ḡ nostræ fugitiuae & mo-
mentaneæ peregrinationis in hoc stadio probationis nostræ, carmina hæc
quam dulcia erunt in altero seculo, q̄ amara q̄ luctifica Tibulliana & Ca-
tulliana & quæ eiusmodi sunt. Prima illa uitæ lectio, ad impurorum auto-
rū qui Venerē olent cīnedos & impia dēmonum flagitia, sine quorū no-
minib; nullū carmē pulchrū putat, nullū concinnū, nullū belle sonans,
crassius ingeniu Phrygio illa Myda habentes, carmina sunt mortis, sed
mortis secundæ & perpetuæ mortis lectio. Hinc non inique Socratica lege
fictoriibus fabularū episcopi & speculatorēs quos uulgus superintenden-
tes uocat dati sunt, ei⁹ uiri ingenium uariosq; sermones immortalitati scri-
ptis suis Plato tradidit, cum ipse literā Socrates nullam reliquerit, ut Cice-
ro in dialogis testatur. Cuius quidē legis uerba hæc sunt. Sint qui fictori-
bus fabularū præsint, & si quas bonas fecerint elegant, reliquasq; abiciat
electe per nutrices & matres pueris narrabūtur, reuident aut̄ quas Hesio

A C T V S

dus & Homerū reliquias poetarē effinxerunt, hi nanciā falsas fabulas effinxerē, quae quotidie circūferuntur, damnari em oportet, præsertim cū quis non bene mēritur, huic legi eam sociat quae est de poetis ē re publicā pellēdis, quam breuitatis causa omittit. Nam si quorūvis probatissimorum auctorum in hac partem bene & sapienter dicta recensere uellem, profecto plus æquo liber adolesceret. Satis igitur his compertū est impudicorū poetarū & auctoriū eorūndēq; professorū fugiendā lectionē damnandam, & execrandā esse summopere, contra quos extat pudici & christiani poetarē baptistæ Mantuanī carmen omnibus ut censeo notum.

Sacrum

Sacro. sanctio hoc loco, aliquā proexecrabilī ponitur, ut illud Aurisera famēs. Phœbo. Sol uariis nominibus dicitus est, phœbus a splendore Apollo. Hyperion. Titan. Osiris liber. Mithra. Delius. Cynthius & cetera nō parū multa Macrobius. Capella, alii differūt. A locis autē ut plurimū indita cognomina. Delius em ab insula, Cynthius ab insula, sed rectius a monte & si qua eiusmodi. Referre gratias. Plau. Si merito meo referre studeant gratias contra. Recentiores qui tradunt gratiā tantū cū refero, non gratias dicendū, & cū habeo gratiā uel gratias, cū agouero gratias solū, dicuntq; tum a nobis referri gratiam, cum factō factū, re rem com pensamus. Agere uero gratias acceptorum beneficiorum gratitudinem ostenderē. Cicero. Immortales tibi gratias ago, agamq; dum uiuā. Habe re gratiam uel gratias esse animū accepti beneficij memorem habere. Teren. Id gratum fuisse aduōsum te habeo gratiā. Quintilia. li. v. Habenda his quoq; gratia est per quos nobis labor detracitus est. Debere autē gratiam uel gratias ob acceptum beneficium alteri astriculum esse ad gratiam referendam. Exempla scatent & profluunt omnigenos scribendi genere.

Visus nequit infirmitas

Apollinem contingere

Illiterati cecitas

Nequit poetam cernere

Infirmitas. imbecillitas. Scita est & perelegans comparatio. Visus, uisionis, quae est in uisu coloris deprehensio, de uisione uisibiliumq; diffrentia, quam triplicem ex Aristotelis sententiā colligunt pulchra est apud naturales philosophos disputatione, quam rem & carmine explicarunt Luretius & Pontanus, quos non unquam rite interpretari crediderim, quā plenam ueramq; Aristotelicā philosophiā cognitionem habente.

Contingere, deprehendere. Apollinem. solem. Cæcitas. insicia.

Illiterati. non literis exulti, contrarium literato, quem nostri ita distinguunt a literatore, sicut græci grammaticū & grammatisam, & illum quidem absolute, hūc uero mediocriter doctum existimat, quorum opinionem Orbilius exemplis confirmat, quae Caranæus obseruauit, ut est uidere in quinto eius in secundum commentario.

T E R T I V S L I I I .

Cernere, uidere, aestimare. Plautus, cernit dixit pro depugnat, digladia
 tur, contendit, qua quoq; dicendi figura usus est Maro cum ita cecinit. In Cerno
 ter se coiisse uiros & cernere ferro. Poetam. de poetis superius satis
 fortasse q; uel locus ipse exigat. Sed (quod spero) non inutilis, nec quidem
 ex mea sententia que reuera nulla est sed ex probatis auctoribus metio fa
 cta est, & quia inter haec cōmodae uocis illius deriuatio summis dumtaxat Poetæ ap
 ut aiunt labiis in principio tacta non est explicata. Hic igitur eam exequa pellatio du
 mur, ne qd ad rem ipsam expositionisq; munus accedit, propius relatum plex
 uideatur & intradum. Poetæ ergo appellatio duobus accipi modis potest
 Primo generaliter, ut eum poetam dicamus, qui saluo rerum & uerborū
 decoro ex arte carmina facit. Nā poetæ nomen sumptū est a uerbo græco
 $\tau\omega\epsilon\omega$ seu $\tau\omega\tau\omega$ quod significat idem quod facio ac creo, unde in sym
 bolo sicut nos factorem coeli & terræ deum uocamus, ita græci poetam,
 hinc qui fragmentis omisssis carminis artem & decorum obseruantes poetæ
 uocari possunt, Lucanus, quem Seruio teste multi negant esse poetam, qd
 magis historiæ seriem texuisse quam figuræ studuisse censeatur. Altero
 modo specialiter, qualis dicitur qui beneficio solius naturæ & ingenii sine
 doctore furore ductus poeticus de quo Platonicus non parū multa admirandas & nouas res debito artis suæ exprimit, eiuscmodi autem poetæ
 gentes iusto dei iudicio non habuere, sed hebreorum poetæ quibus sapiē
 tia concessa erat atq; prophetia, gentibus uero eloquentia dumtaxat. At
 postq; uenit plenitudo temporis admirabilis sententiæ maiestas spiri
 tu sancto cooperante, ueris & perfectis poetis cōscripta est, quos malo dæ
 monio acti pauci adhuc receperunt, Quotquot autem receperunt eos testi
 monium mihi locuples afferre possunt, uehemetiorē illis inesse uim ad be
 ne feliciterq; uiuendū sub puris & nitidis uerbis ob sententiā grauita
 tē q; gentiliū bullatis fabulis qquo pactio etiā fucatis, nihil enim tā contra
 riū luci q; tenebræ, nihil quoq; inuisum æque deo q; mēdaciū. Quod qquo
 modo excolas interpteris & uestias mendacitū quin sit haud efficere potε
 ris unq; quā rē Stapulensis noster & in Dionysianis scholiis & psalteriis cō
 mentariis, & alibi frequenter annotauit, uocas nos ad diuinis studiis cultu
 rā, qd solū nō uoluptratē modo & urilitatē, sed summā pollicet felicitatem
 Nam quis sacra eloquia & uniuersa prophetarū oracula, idem inquit, in pri
 mo oclionario diligenter rimant, toto desyderio toto mētis affectu te que
 rūt, q; grāmaticæ incumbūt linguae querūt peritā, qui logicæ ratiocinādi
 facultatē rhetorice aptā accōmodatamq; locutionē, phyllicē rerū motus
 & sensibilium rebus agnitionē, musicæ sonorū harmoniā & aurū lenocini
 um quoddā & oblectationē, arithmeticæ numerorū proprietatē, geome
 trię magnitudinum rationem, astronomię & opticæ astrorum & uisibilium
 rerum quandam perceptionem, & haec uniuersa beatum efficere non pos
 sunt, quia non deum ex toto corde qui est finis omnium & omnis finis, sed
 quæc; propriū peculiaremq; finem requirit, haec ille, & a nobis eo potissi

A C T V S

mum relata, quo cum graui sententia studiosa iuuentus finem ingenua
cuiusvis artis finem agnoscat.

Musis, poetis & sacro
Phœbo referte gratias,
Hincho hostis est audaculus
Qui nescit ullas literas
Poeticis ornatibus
Poeta uincit viperas
Musis poetis & sacro
Phœbo referte gratias.
Nisi fuisset uatibus
Infensus & contrarius
Thersita siue Zoilus
Nil esset illis clarus

Musis poetis & sacro Phœbo referte gratias. Intercalaris hic uersus dici potest, quia frequenter repetitur. Similes habent bucolici poetæ. Vir. Ducite ab urbe domū mea carmina ducite Daphnī. Calphurnius. Can tet amat quod quisq; leuant & carmina curas. Hostis. Marcellus. Hosti mentū est æquamentum, unde & hostes dicti sunt qui ex æqua & legitima causa pugnam ineunt, & manus conserunt. Plaut. in asinaria. Par pari ho stimentum datum est, opera pro pecunia, unde & hostire dicitur. Idem in eodem, quin primitto inquit hostire ut merueris id est æqua reddere. Ab hoc uerbo hostire fortassis hostia uocata, eo q; hostiunt & redhostiunt ad uenientem & recedentem, hoc est accipiunt intro & reddunt foras. Scribitn Aristophanis interpres appellari hostia latinis a uerbo ostizomae id est p̄mtere, qd̄ inter p̄mendū foras & intus admittūt, ab eodem uerbo hostire quod significat æquare deflectitur hostiorum lignum, est id quo modiale triticum exequatur. Pompeius redhostire referre gratiam, quod Pius Bononiensis. ex quo haec excerpimus probat auctoritate Neii. Ennii. Pacuuii, aliorum. Qui nescis ullas literas, quoniam scientia quævis Aristotele teste nullum habet hostem præter ignorante. Litterarū genera se p̄tē præcellunt quæ cū doctoribus suis hisce ueteribus continētur uersi culis. Moyses primus hebraicas exarauit literas. Mente phœnices sagaci considerūt atticas. Quas latini scriptitamus edidit Nicostrata. Abrahā syras & idē reperit chaldaicas Isis arte nō minore protulit ægyptias. Gul filia p̄opsit getarū quas uidemus ultimas. Viperas. Viperæ serpētis genus qd̄ uipariant dicta, quanq; id non omnibus receptum uideo, uerū

Hostire

Literarum
genera

T E R T I V S

LIII.

id ut credere debemus solerti diuinitatis prudentia factum est. Nam quæ Pulchra de & timido animo sunt & esculenta ea omnia foetuosa fecit, ne assiduo esu uiperis & deperiret. Contra quæ & seu maligna sunt, ea uoluit parū esse foetuosa, alatis serpē unde situt lepus quem omnia uenantur fera, ales, homo tam ferax sit sola tibus quæ ex omnibus bestiis cum grauida est et iam impleatur, & aliud foetu in utero gestans pilis testiculum, aliud nudum, aliū tamen non formatum, aliū cōcipit & lepus quidem talis est. At leæna ualidissimū ferocissimūq; animal semel in uita unum parit. Nam una cum foetu uterum e mittit, cuius rei causa est hæc q; catulus leonin? ubi moueri in utero incipit, cum habeat unguis longe acutissimos ex omnibus seris uterum lacerat, augescensq; magis ac magis imprímendo exulcerat, ita ut ad postremum dum partur adest nihil uteri relinquatur incolume, quare si uiperæ & alati arabiae serpentes ita gignerentur, ut ipsorum natura fert, non esset hominibus uiuendi facultas. Nunc autem cum libidine agitatur & per paria coeunt, fœmina collum maris in emittenda genitura comprehendit, sorbensq; non prius dimitit q; deuorauerit. Et mas quidem hoc modo perit, fœmina uero tale luit masculo pœnam, q; filii dum adhuc in utero sunt patrem ulciscentes matrem ambedunt, eiusq; alio ambe sa ita partum faciunt. Cæteri serpentes qui non sunt hominibus perniciosi oua pareunt & magnā uim foetuū excludunt, atq; uiperæ per uniuersum orbem terrarū uisuntur. Alati uero serpentes nulq; alibi nisi in arabia aut certe non adeo frequentes, hæc Herodot. Tu uero pro uiperis osores bonarū literarū accipe, nec scitius in uidi cōparari possunt q; uiperis. Nā quicad modū tradūt uiperas uêtre (in quo genitæ sunt) corrolo nasci, eodē modo liuor oppressum ambedit animum, hinc inuidioso nulla affertur molestia, cū præcipuum & intestinum inuidi malum sit, & ego cum Dinarcho Plautino maelum mihi inimicos inuidere q; me inimicis meis. Nam inuidere alii bene esse, tibi male esse miserum est. Qui inuident egēt illis quibus inuidentur rem habent. Hinc patet ut Pius inquit Acronis error qui scribit Horatiū innouasse uerbū id inuidetur, cum hoc sit Plautinum uerbū. Nisi is Acron intelligat Horatiū excogitasse uerbū, quod quidē priscū erat, sed abolitum, quod sua tēpesta te celserat in desuetudinem. Infensus. hostis, persecutor. Proprie autē dicuntur infensi qui nullo modo dimitunt iram etiā in morte, nisi ulti fuerint illos, a quibus se lessos putant aut sciunt, & infensi, ut Seruius uoluit pl. sunt q; inimici. Thersita. fuit loquax osor & censor iniquis omnium suæ tempestatis ingeniorum optimorū & probatissimorum ut græcis cōstat monumentis. Zoilus. qui Homeri dormitiones collegit, unde de factu nomine Homeromastix est appellatus, uerū caluniator ille zoilus meritas linguæ suæ pœnas dedit, ut apud Vicitruium legere licet. Sed & idem Virgilio accedit cōstat, qui & ipse habuit Virgiliomastiga cognominatum caluniatorem. Ex quo nos qui infantissimi præ Homero atq; Virgilio sumus æquo animo maluolorum emulationes ferre debemus,

A C T V S

cum nulla uirtus sit quæ liuoris dentes possit euitare. Clarius. compa
ratiuus modo proprie exponit per suum positiuū adiecto aduerbio ma
gis ut clari^r magis clarum, maius magis magnum, & tunc infert suum po
situum, & eo modo grauius dicitur magis graue, ut terra, & leuius magis
leue ut ignis. Secundo comparatiuus exponitur improprie per contrariū
sui positiuū & aduerbiū minus ut melius minus malum & maius minus
paruum & tunc non infert suum posituum, sed potius sui positiuū opposi
tum, & hoc modo grauius dicitur minus leue, ut aer ad ignē, & leuius mi
nus graue ut aqua ad terram. Subiecta uero materia huius discrīmē acce
ptionis secum affert, ut & aliis solet multis.

A C T V S Q V A R T V S

D R O M O P E T R U C I V S

Salue perite iuris, & miseris pater
Patrone, consul rhetor, & legum sciens.

Salue.

Salue. Incipit catastrophe quæ est conuersio rerum ad iucūdos exi
tus Nam Dromo ductu Petrucii aduocatus auari & perfidi, liberatus ab
imperitione Danistæ patefacta circa finē ultime sc̄enę cognitione gestorū
letū & iucundum affert fabule finē. Salue uerbi est quo tam accedētes
primo congressu q̄ abeuntes salutare possimus.

Perite iuris. auctore Pontano antiqui legū peritos & iuris eos dice
bāt, quib⁹ ab experto noti essent atq; ab obseruatōe ritus patrii leges, mo
res, cōsuetudines, quicq; memoria tenerēt, qua in causa q̄c in negōcio uel
ancipiūt ac maxime dubio uel oppido q̄ diffīcili quid a maioribus uel iu
dicatū esset uel cōstitutū, uel publice etiam sanctitū. Qm̄ aut ab experimen
tis enatæ sunt institutiones ac præcepta ea q̄ longissima, ab obseruatione
sumpta, iecirco multi qui experti sunt, iidē quoq; habent periti. Inde enim
nomen ipsum est deductū, qui uero aut parum aut nihil fere experti, impe
riti, rudesq;. Hinc philosophorū decreto cōstitutū est, ut in ea arte, faculta
teq; fidem ei maxime adhibeamus, in qua diutissime ac diligētissime uer
satus, plurimacq; etiā expertus sit. Itaq; apud Maronē quanto cum superci
lio dicit. Expto credite. Et Horatius hoies ad agendū hortari cupiēs. Aut
uirtus inquit inane nomen est. Aut decus & preciū recte fert experītis uir
Quo dicto nobis declarare uoluit exercitatissimos quosq; maximisq; in
negociis uersatos omniūt eos maxime esse prudētes, quod usus ipse faciat
experiētiā, hæc ipsa experiētiā peritiam, imperitū autē neminē posse
esse prudentem, quod adulescentia ipsa declarat.

Miseris pater. qualis est bonus aduocatus quinon lucro pecuniaq; ca
pi (ut certe capi nō debet, sicut scribit in decretis canoniciis. iii. q. vii. c. in

fames §. apud urbē Romā aduocatiōis officio insontes defendit, oppres-
fos releuat, sed bone deus ubi sunt illi aduocatiꝝ reuera per pauci sunt di-
uum Iuonē secuti, nec hodie sunt multi, qui sine mercede miserorꝝ causis pa-
trocinātur, de quo non parū multa in pro christiana republika apologia
auīculus meus cōquerit, apertissime demonstrās periculorum iuris pos-
tū: exercitiū. Cæterum patricꝝ noster Sebastianus Brantus homo unde-
cunq̄ eruditissimus & graphicē & uere cecinīt de Iuone. Aduocatorum
tu gloria prima uel una. Solus & e nostra sydera gente tenes. Patrone.
Aduocatus cōmune uerbū est tam accusatoriꝝ q̄ defensoris, qui si inutilis
in foro extitisset uulgo causidicus dicebat, hoc Fabius. At Pedianus qui
defendit alterum in iudicio, aut patronus dicit, si orator est aut aduocatus
Si aut ius suggestit amico, aut p̄sentiā suā, aut procurator si absens nego-
ciū suscipit, aut cognitor si p̄ntis causam nouit, & sic tuetur ut suā. Patron⁹
etīa domin⁹ dicit ut scribit. ff. de iur. patro. hinc tradit Vlpianus patroni
appellatione & patronā contineri. ff. de uerb. sig. Consul. iurisperit
causidicius aduocatis ita cōsiliū p̄prie ascribit, sicut iudic i sentētia, q̄q illa
diuersis rōibꝝ uerti pot in cōsiliū qd̄ q̄ est cōsiliū in sentētia, tñ sentētia ipsa Aduocat⁹
ad iudicū oīo spectat, uimq̄ decernendi atq̄ auctoritatem, hinc poeta in
prima ultimiū actū, sed es solutus iudicis sentētia, item in ultimiū Dromo so-
lut⁹ ex sentētia est. Consilium uero dīrigēdas ad actiones dūtaxat nego-
ciac̄ moderādo ordine ac rōne sua atq̄ ad consulēdī studiū rebꝝ dubiis
ac cōtrouersiis sequēdīc̄ q̄ utiliora uideātur, ac rebꝝ ipsis magis ac magis
cōferre. Recte igit iuriū professores iurisconsultos appellamus, q̄ optimū
ferre possūt cōsiliū, ex ipforū iuriū dispositione, q̄rū ignorātiā at q̄ impru-
dentia plerūq̄ ipse causidicorꝝ actiones de tegunt, quāq̄ s̄penūero pro
uidorꝝ pbiorūq̄ iureconsultorꝝ bonis cōsiliis fortuna it obuiā. Rhetor, is
dicit qui apte cōmodatec̄ dicēdi scientiā habet, qui ue literas atq̄ artem Rhetor
tradit eloquētiae, rhetorice in latiniū transferences tum oratoriā, tum ora-
tricē nominauerunt, ut docet Quintilianus. Cautum erat rhetorem urbe
pellendum. Sotratica lege, cuius haec uerba sunt. Ut poetae rapsodi histri-
ones & tragicī ab urbe pellendi, ita quoq̄ & rhetor, nā quo erit ineptior
atq̄ indoctor, eo plura narrabit & omnia imitabitur, nihilq̄ se indignum
existimabit, non sit duplex uir neq̄ multiplex apud nos, quādoquidē sin-
guli singula faciunt, quare si quis uenerit in nostrā urbē, qui prae sapientia
in omnes sele posset uertere formas & imitari, uolueritq̄ sua ipsius poe-
mata ostentare, uenerabimur ut sacrum, uenerabilem & iucundum, dice-
musq̄ non esse eiusmodi hominem in re publica nostra, neq̄ fas esse ut in
sit, mittemusq̄ in alia urbem caput eius perungentes lanac̄ coronantes

Legum sciens. legalis facultatis cognitionē habens, quam facultatem
astronomi Ioui soliq̄ attribuit, quibus nihil in cœlis est pulchrius. Quid
igitur, ut Ficinus infert, in terris pulchrius est æquo æquitatis legūc̄ inter
prete, iniquo quid contra turpius, qualis hic Petrus fuit.

A C T V S

Petru. Non admodum misero pater, sed diuini
Nam liberi uxor & domus multis egent
Quos cogor educare mercenarius.

Quare nihil me pauper unquam diuinitat
At uade pauper, abi, miser nil me beat.

Dro. Quid si lucri ex causa tibi quid nascitur?

Petru. Potest quidem hoc, sed cedo quid negotii est:

Dro. Nostin Danistam: Petru. sceneratorem malū:
Noui. Dro. trahit nunc me ante iudicem sagax

Petru. Quare: nam oportet sciscitari singula

Admodū

Liberi

Cōtra au
ros aduo
catos

Admodum. maxime. Nam admodū & in primis pro maxime positiūs iuncta exornant locutionem, ut uir admodum insignis, uirtus in primis laudanda est. Liberi. Si quis Iustiniani principis Aug. legerit quę per satyram pene collecta sunt, haud paucas uoces q̄ a nostris grāmaticis apud eum aliter explicatas inueniet. Cuiusmodi hoc est, quo nam signifi catu parentes & liberi accipi debeant. Dicunt em relatione quadā referri filios ad patres, eosq; simili uoce liberos & parentes appellitari. Sed apud ipsos iureconsultos parentes accipimus eos, qui ad quintum cognitionis usq; gradum deueniūt, sicut etiā liberos. Nā pater auus proauus abauus tritauus parētū nomine cēsent. Liberos uero dicimus filios nepotes prop̄ nepotes abnepotes adnepotes trinepotes. Ex quo Paulus iureconsultus in libro de cognitionib⁹. Parentes inquit usq; ad tritauum apud romanos proprio uocabulo nominātur ulteriores, qui nō habēt speciale nomē maiores appellant. Item liberi usq; ad trinepotē, ultra hos posteriores uocāt Vulgatum uero quod a Caelio Placido & Aulo Gellio de liberis tradit, hac uidelicet uoce & unicum significari etiam filium, qm̄ in singulari ualeat & si in plurali proferatur, quod a Sellio in romana historia & Servius Honoratus in Virgiliano carmine asserunt. Educare. alere, & me diā corripit. Tibullus. Et quodcunq; mihi pomū nouis educat annus.

Mercenarius. mercede, lucro patrociniī seu aduocationis meæ, quod mercenariū officium est. At uade pauper. Prohdolor eiusdemodi usus nequissimorum causidicorū sacrosancta augustaç legum auctoritas conminuitur, deprauatur, qui poteribus & diuitiibus dūrataxat huius seculi līnguam operam atcq; consilia sua locant, dant, cōmunicant, uenditāt, pauperum miserabiliumq; causas prorsus repudiantes, & qd deterius, patro ni nōnulli digna etiam proposita mercede cōtra eos a quibus lucrum sperant aduocationis suæ exercitium abnegāt, quod exemplis comprobatur & indies magis comprobatur, uerum non omnes iurisperit eius.

Q V A R T V S LVI.

modi prauis & sceleratis sunt animi, quot em̄ sunt uel in gymnasii fideliter humana iura docentes, uel aliis in locis iustas causas pie defendantes, qui pro nullo ære malum cōsilium aut patrociniū præstarent, aut iniustam ferrent sententiam. Nil beat. non diuitem facit. Attende auaritiam Petru Auaritia
cii quæ lites parit & partes alit, auaritia scilicet uel partium uel aduocato parēs litiū rum. Sicut & Gregorius nonus in procēmio de cretalium lamentatur his uerbis. Effrenata cupiditas pacis emula mater litium materia iurgiorū, Io annes Gerson aduocatos fouentes causam iniustam ut hic noster Petruci us, aut ex culpa perdentes iustam sub furib⁹ aut sacrilegis aut raptoribus compr ehendit. Causa: controuersia & disceptatione mea quam cum Danista habeo, uel ob quam in ius a Danista uocor. Causarum genera M. Cicero ad Herenium exequitur. Danistam. οὐεὶσθος græce fœnerator dicitur a uerbo θαυμάζω id est fœnerator θαυματουργός usura, reperiit & danisticus, unde Plautus in mustellaria danisticum gen⁹ esse teterrimū tradit. In exodo ita præcipit. Si pecunia mutuo dederis populo meo pauperi q habitat tecum, non urges eum quasi exactor, nō usurpis opprimes, si pign⁹ a proximo tuo acceperis uestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsū enim est solum quo operitur ictumentū carnis eius. Nec habet aliud in quo dormiat, si clamauerit ad me exaudiam eum, quia misericors sum

Fœneratorem malum. fœnus exercentem. Liuius testis est fœneratores saepē damnatos multatosq; fuisse apud romanos, qui ait fœneratori res Rodā bus diē dictā esse ab ædilib⁹, q; ex illorum pecunia multatitatis posuerunt natī limina ænea in capitolio. Idem alibi refert latum esse ad populum ne fœnerare liceret. Cato fœneratorem æquauit homicidæ, cū interrogatus, an expediret fœnerare, respōdit quid hominē occidere? Mercurius in parte horoscopi partiliter constitutus faciet p̄positos fœnerationū. Ambrosius li. vii. hexamerō huic uoci comparatiuum dat quod est fœneratior in hæc uerba. Quomodo irrationali uel iniustum est, si permisit nostrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ, ut fœneratior potest a gratia per poenitentiam delictorum in hominē redire affectum. Fœnus autem a foetu deductum est, quasi a foetura quadam pecuniæ pariētis. Nam p̄prie fœnus est naturalis terræ fructus. Ob quam causam & numerorum foetus fœnus est uocatū. Sors aut̄ summa cui extrinsecus requirit fœnus. Sagax. catus. Sagaces dicuntur quorum in suscep̄tis negotiis ipsiſcq; in consultationibus ac deliberādis rebus & ueloces & catæ & maxime etiam promptæ sunt agitationes, & tanquam ipſi augurentur præ Sagaces sentiscere etiam uideantur, quodq; catulorū instar ut illi naribus ingenita ab facultate, sic ipſi & præsentiant & prædicant quasi diuinentur futura, quæq; in causis de quibus agitur obuentura sint, unde iidem ipſi & cati sunt dicti. Dicitur autem sagacitas haec ipsa innata uis ad præsentendum, a qua quidem uis præsentiones quedam mentis præfigia dicta sunt, & præfigi animi & præfigio deductum uerbi, quo quidem ipso in malis p̄ser-

A C T V S

tim p̄sentiendis scriptores frequentissime utuntur comici. Plautus in aula laria. Pr̄fagibat mihi animus frustra me ire. Hęc ex Pontano excerptim⁹ eo loco de prudentia, quo neq; solertiā, neq; sagacitatem, neq; astutiā probat esse pr̄udentiam. Non aut̄ omittenda sunt quae ad hanc sententia. M. Cicero prodidit primo libro de diuinatione. Neq; enim illud temere consuetudo approbauerit, si ea res nulla esset omnino p̄fagibat. animus frustra me ire, cum exirem domo. Sagire enim sentire acute est, ex quo sagittā qui multa scire uolunt, & sagaces dictū canes. Is igit̄ qui ante sagit quā oblata res est dicitur pr̄fagire id est futura ante sentire. Inest igit̄ animis pr̄fagatio extrinsecus īiecta atq; inclusa diuinitus, ea si exarit acrius furor appellatur, cum a corpore animatus abstractus diuino instinctu concitatur, hęc Cicero. Cæterum pr̄fagire indiscriminatim dicimus & pr̄fagare, item pr̄fagit & pr̄fagitur. Plautus ī bacchidibus. Occidi animus iam istoc dicto plus pr̄fagitur mali.

Dro. Meo magistro quid referre debui
Octo aureis sumptis, eos non tradidi
Sed credito mercem recepi, & uendidi.
Nunc postulant uterq; utrisq; pernega.

Nequeunt probare uterq; propositum suum

Mercis ap
pellatio Quid referre debui. Quid id est aliquid ab urbe debui referre, uoluit dicere pannum, quem iam uendiderat. Mercem. mercis appellatiōe homines non contineri. Mela ait, & ob eam remāgones non mercatores sed uenaliciarios appellari ait, mercatores scilicet feruū. Cæterum quicquid emitur uenditurue causa lucri merces dicitur. Hinc mercenarius qui mercedis gratia operā pr̄fstat, & sic est substantiū. Si uero qđ ad mercedem pertinet, significat tunc mobile est, & fixo adiungitur ut, Lactanius ī vi. dixit. Mercenariā non esse uirutē, & mercedula per diminutionē, qua uocula male libenter Pius utitur. Item mercioniu cōmercium. Mercor uetur, quod & emporiū, de quo superius. Mercatus quarti ordinis quo Liuius alii usi sunt mercandi actus. Mercalis quoq; & pleraq; alia iam non memorie subeūtia. Merces aut̄ nominatiui, casus est dicta a meredo, quāq; apud iurisconsultos l.i.ff. de contra.emp. & uend. merx legatur, cuius accusatiū pluralē merces. Quidius in heroī, protulit. Nec me crede fretum mercator. postulant. petūt, requirunt uel accusant, ut Danista precipue cui Dromo iam spōpondit in iudicio se responsurum. Vlpianus de dā. infē. Postulare inquit dicitur pro tribunali petere non alibi, Postulare autem pro accusare crebriter apud oratores accipitur, ut annotauit Beroaldus. Idem Vlpianus. ff. de postu. latius scribit postulare est defyderium

Q V A R T V S L V I I .

suum uel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni p̄æst exponere, uel
 alterius defyderio contradicere, qui uero postulare prohibeantur eodem
 titulo copiose traditum est. Nequeunt probare, recte. Nam eis incum-
 bit probatio qui dicunt, non eis qui negant, ut traditiū est titulo de probati
 onibus in librīs. ff. & C. Iustiniano. Propositiū. petitionem, libellum, Propositiū
 & ut nostri dicūt actionem & instantiam. Cæterum postq̄ sententia in ani-
 mis sedit nostris, ipsiq̄ offirmatissime decreuimus re eam per se qui, quæ se-
 tentia erat, efficitur tunc propositū, hoc ipsum autē propositum ratione
 ac uia dirigendi actionesq̄ ipsas moderandi pro suscep̄to negocio con-
 silii propriū est mun⁹, minime uero aut opinionis aut conjecturarū aut sen-
 tentiae ut docent meliores philosophi, tamē alterum pro altero scriptores
 usurpant, licet magna sit differentia inter sententiam & consilium, item in
 stitutū & si propositū & quæ similia, quæ certa nō sunt a grāmaticis quære-
 da, sed ex philosophiæ moralis fontibus exhaurienda. Quod ideo refer-
 re uolui ne qd & ipse olim studiosi adolescētes obfirmate persuadēat poe-
 ticam sibi rite tradere ad quāvis superiorem disciplinā intelligendam fun-
 damenta. Decreuimus hoc loco latius expaciari & e uerbis ac sententia Ia-
 cobii Fabri uiri omni quo incōpabilis puerorū institutionē referre, nō qdē
 ut nobis chartā aucter, sed ut potius quibusuis piis puerorū ingeniorūq̄
 moderatoribus innotescat, quæ uir ille christianæ literariæ reipublice amā-
 tissimus tam de eiusmodi institutione quam adulutorū lectione circa finem
 postremi politicorum conscripsit, ex quo bibliopolæ opera eius permul-
 ta in rē suam quā publicam attentiores rariuscule separant, ut mihi ipsi pri-
 mum Coloniae Agrippine, & secundo in clarissimo Antuerpiensium em-
 porio contigit, qui ethicen Fabri separatam comparari nō potui, addito
 etiam (ut ita loquar) supra sortem scenuscūlo, Poterunt inquit Faber qui
 docendi prouincias suscipiunt suos auditores admonere in grāmaticis q̄
 ad p̄acepta prodeſſe & Sipontinū & Diomedē legi, & tales, necq̄ nimis
 immortādū, ad carmē Virgiliū & Mātuanū alterū, castiūq̄ & cœlibē Pru-
 dētiū, & si q̄ similes, multitudine cōfundit. In oratiōe q̄ liberiori & lege car-
 minis soluta est, epistolas Ciceronis, Plinii secundi, Francisci Philelphi,
 in rhetoriciis p̄cepta Ciceronis, si delectabunt historiæ post sacrā castio-
 res sunt, ut Iosephi & Egesippi, religiosiores Heraclidis & hagiographa,
 in dialecticis logicā Aristotelis ad literam non precariā quæsita a Boetio
 & aliis fidis interpretibus intelligentia. In arithmetica Nicomachū Boetii,
 in musica eiusdem musicam, in geometria Euclidē, in astronomia Ptolemaei
 theoreticen, quæ & magna compositio. In naturalibus moralib⁹ rebus pub-
 licis & re familiari acroamaticorum, physicorum, ethicorū, politicorum,
 ceconomicorum Aristotelis e fonte puri bibantur liquores. Ex his enim
 legitime transitur ad leges, nō ut dicitur quis, nō ut rutilet cocco aut efful-
 geat ostro, sed ut sit fidus incorruptusq̄ iusticiæ minister. Sed q̄ uolet hec
 ad finem deducere superiorē feliciusq̄ ocium præpareſ in librīs Aristoteli

A C T V S

celis quitransmundanorū & metaphysicorū sunt, quibz de prima supra mundanaç philosophia nūcupantur, hinc libri sacri cū ueneratione tra-
ctetur, quibus assint comites Cyprianus, Hilarius, Origenes, Hieronym⁹
Augustinus, Chrysostomus, Athanasius, Nazanzenus, Damascenus & si
miles. In his autē mente purgata & sensibus exercitatis, actione uitæ con-
sentanea & morum honestate calcatis uitii, si mens generosior, eleuatio
res contemplationes affecter, paulatim ex libris Cufæ surgat & diuini Di-
onyssi, & si qui sunt similes hanc procul dubio liberalē & ingenuam pu-
tauerim esse institutionem.

Petru. Causam bonam foues si dimidium dabis
Octo aureorum, at est secus si non dabis

Dro. Cui darem⁹ Petru. mihi patrono, nam mea
Opera solutus eris ab hac instantia.

Dro. Duos dabo, miserere paupertatulæ

Petru. Fiat. Caue nil nisi ble respondeas

Si quæro quæ tu redde ble, atqz aliud nihil.

Dro. faciam, Petru. duos mihi polliceris aureos.

Dro. Promitto, dummodo uicerō, Petru. modo uiceris

Eamus huc, Iudex tribunal occupat

Foues. sustines, habes, Sed in persona procuratoris tueri significat.

Dimidium. ita dicendum, non dimidiatum quod de continuis dicit
sicut de discretis dimidiis. Vnde qui ex mille denariis qui ei debebantur
quingentos recepit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum & si cui
scyphus argenteus cum alio communis in partes duas diuisus sit, dimidi-
atū dicemus nō dimidium scyphum, de g̃to Gelliū in tertio uide, uel Piū
in menachmis. Non dabis. quattuor scilicet aureos, quod est dimidiū
octo aureorū, non foues hoc est habes bonam causam, sed malā, quo faci-
le deprehendi potest patroni & aduocati huius malignitas iniquitasqz q̃
sacra auri fame ductus, modo auri quippiam congerat, candida in nigrū
& econtrario uertere nouit. Instantia. apud oratores nostros pro sedu-
litate. Herony. Mirar in non defino exactionis uelstræ instantiæ, exigitis em-
ut librum chaldaeo sermone conscriptū ad latinum traham, hic autē pro-
libello & petitione accipio, q̃uis a iurisperitis recipiat protēpore quo iu-
dicium discutiēdum finiendumue sit. Opera. patrocinio. Paupertatulæ
diminutiū a paupertate, quæ dicta est a pecunia. Varro de uira patrum
libro primo. Pecunia quæ erat parua ab ea pauperra dicta. Pauperem a
mendico latini differre uolunt, ut mendicus sit qui naufragiū omnis for-

Instantia

Paupertas

Q V A R T V S L V I I I .

tunæ fecerit. Pauper, qui quidem non multa possideat, sed non ad ultimas necessitates redactus sit. Vnde paupertas inquit Porphyrio honeste parsimonie nomen est, & usurpatur pro fortuna mediocri. Pauperies vero quā Horati⁹ l̄immundā uocat mēdicitas est atq; egestas. Sed & damnū significat, quod satis liquet ex titulo illo apud iurisconsultos notissimo. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Cæterum laudes paupertatis Apuleius prescribit in apologia ubi ait. Paupertatem fuisse in Aristotele iustā in Phocione benignam, in Epaminūda strenuam, in Socrate sapientem, in Hōmero disertam. Pauperū duæ species habentur. Nam & alii præter uoluntatem pauperes sunt, alii ex uoluntate, in illis timenda avaritia, in his formidāda superbia, & quidem deterior quo latentior, quæ de suo opposito humilitate modestiae qñc nascitur, dum quis complacet sibi de uirtute nimis & supra se ambitione reflectitur. Plaut⁹ pro pauperem fecit, pauperauit dixit. Consimiliter Ausonius, Se ditat & me pauperat. Ne hoc tacē dum panpertinum priscos pauperes dixisse, Varrone auctore.

Apuleius itidē uocamen id usurpat libro quarto de asino aureo. Quid rogo paupertinas pannos acq; resculas miserrime anus donas uiciniis diuītibus, ubi diminutiuē a rebus resculę prolatum est, qua uoce Sidonius etiā utitur. Ex Beroaldo. Pico iuniore. Baptista Pio. Mancinello. Caeu. uerbum caueo cum particula ne uel sine eadem permanente significantia iungī potest, contra Seruianum præceptum, exempla habes in Beroaldi⁹ annotamentis quæ iam circumferuntur. Ble. factitia uox est. Occupat. tenet. Marcellus. Occupare est inuenire tenere uel possidere Plaut⁹ intrinsum. Familiam optimam occupauit. M. Tullius in hortensio & Paulum Marcelli occupauisse. Virgilius ænei. vi, Occupat Æneas aditum custode sepulco. M. Tullius in philippicis. Agri Lucani possessiones occupauit. Rursum occupare significat præuenire detinere collocare. Occupatus est impeditus, ut græce dicitur qui a scholi hoc est uacuus non est.

Tribunal. est ubi iudex seder populo ius dicturus. Fabius notat eos Tribunal qui tribunale quam tribunal malunt dicere.

M I N O S . D A N I S T A . P E T R V . D R O M O .

Mi. Præco iube silentium, aduersarii
Vbi sunt: adest nomencalator nominum
Dan. Compareo iudex, & aio, q̄ Dromo
Vlnas recepit panni adusq; quindecim
Metiente me, preciisq; nil mihi soluerit
Cogatur ergo octo aureos persoluere
Mi. Quid tu taces: Dro. ble. Pe. appareth iſurd⁹ miser
Min. Vade hinc Petruci, patrocinare surdo huic

ACTVS

Petru. Ducendus haud uocandus est, id sentio

Min. Curate uos causidici, ut unusquisque sit

Cum instructionibus paratus litium.

Ne aut antea turbemur in processibus.

Sed introit Petrus iam, quem prius

Audire & expedire stat sententia.

Petru. Minos miser sudaster atque mutus hic

Nequit fateri aut diffiteri nec loqui

Sed consulo, danista causam testibus.

(Si uincere optat & obtinere.) iam probet.

Preco. uerba sunt iudicis cui poeta Minois nomen apud inferos iudicis indidit, de quo in choro sequenti, ibi, sunt & minos & Æacus. Precones a præ id est ualde & canendo dici autumat Priscianus.

Silentium. Crinitus de silentio in causis pauci ex ueteribus meminerunt, & si apud comedios facilius id comperias, tamen erant silentia in iudiciis cum nihil utique appareat, quod ex re uel conjectura aliqua iudicari possit. Sed ad hoc poeta non respexit, nam hic ut mihi quidem uidetur, sicut & in multis aliis huius comediae locis nostræ ætatis sermone uti studuit. Ad uertendū autem s & t literas pariter scriptas St apud comedios Plau. in plesidolo & Teren. in phormione renunciare silentium. Vnde inventi sunt quia sine uocali potest syllabam fieri, de quo latius Pius & Crinitus.

nomen ca. Nomencalator. a uocandis nominibus, nam καλον idem est quod uoco & dicitur etiam nomencalator per syncopam, abundat autem nominum per pleonasmum, a quo nomencaturam Plinius, & Columella nomencalationem dixerunt.

Aio. uerbum auctore Diomede inuisitatum, habet declinationem, de cuius imperatio nonnulli ambigebant, utrum dictum ait ut Neuius ait nata pregnans, uel ait uel nega. Imperfectum quoque aiebam aiebas aiebat, aiebamus aiebatis aiebant.

Vlna. Seruus in buco. & .iii. geor. sic ait. Vlna secundum alios utriusque manus extensio est, licet Suetonius unum cubitum uelit esse tamenmodo, quod magis uerum est, hic uero pro dimidiandi pannum notissimo accipitur instrumento. Ducendus. id est dimittendus. Nam ducere ex auctoritate Marcelli idem est quod dimittere.

Causidici. Curate uos causidici. Sicut iam dixi uerba quæ sequuntur non sunt ex priscorum sermone sumpta, sed prorsus uulgari sermoni congrua, ne auditores si priscorum oratione poeta ueretur, minus uoluptatis caperent si quidem non parum multi sunt quibus oratio priscorum uidetur absurdâ.

Causidici. Causarum patroni, defensores aduocati procuratores, qd hominum genus Socrates ita effinxit. Quisquis aliorum inquiens patr^m nus est, ita se comparare studeat, ut nihil indigeat, iudice etiam dormientem. Nam quid turpius est qd ut quis no modo omne uitae tempus in iudiciis cum accusando cum defendendo conterat, sed etiam rudi quadam elatus iactantia in his ipsis negociis glorietur quasi sit potens ad iniuriam inferendam, suisq; uersutiis ulcq; adeo tergiuersari ualeat, ut nullas iniuriarum soluat penas, qui saepe minimarumq; uillissimarumq; rerum causa tam anxiu m subit negotium, haec ille. At Mar. Ficinus Legitimam iuris consulti partes his ex primis uerbis. Huius aia est dei cultus, spiritus patriae legis cura cerebrum iudiciumq; pspicax, oculi linguq; doctrina. Pectus memoria tenax, correcta uoluntas. Manus recte uoluntatis effectus, pedes pseuerantia, totu aequitas Surdaſter atq; grauitas. Surdaſter, noia qdam sunt in aſter uel aſtrū deſinentia qd diminutioſis regulā ſeruant, ut ſurdaster quaſi ſubſurdus, & recaluaſter mo dice caluus. Cite. in. v. tuſ. Erat inquit ſurdaster Marc⁹ Crass⁹. In leuitico ait Moses Et si a frōte ceciderint pilii recaluaſter & mūd⁹ eſt. Vñ & recaluaſter dicta nō plenū caluitū ſed puſilla capilloꝝ deglabratio. Itidē pallia ſtrū accipi uide, p pallio mutilo & breuiculo. Cōpluſcula tñ ſunt ex hoc inclinata deriuata que imitacionem potius ſignificant qd diminutionem Dani. Taceat ne ſiue loquatur, id refert nihil

Ego ſolus hoc ſibi ſolitario dedi,
Igitur probare nil queo, ſed hunc peto
lurare decisorium & calumniam
Min. Petruſi, eum adduc, ut uel hunc interrogem.
Homo Daniſte quid respondendum putas?
Dro. Ble. Mi. Non uoles calūniam inferre improbe,
Dro. Ble. Mi. interrogatus uera ne negaueris.
Dro. Ble. Mi. Sed probatione falſa ne utere
Dro. Ble. Mi. Neue quos pecunia corruperis
Dro. Ble. Mi. Differendam ne tibi litem pares
Dro. Ble. Mi. Saepē ble, multumq; ble, tibi ſuadeo
Daniſta ut hunc miſſum ſinas, nil obtines
Da. Ego obſecundor & obſequor, ualeat latro
Mi. Et ego petruſi abſoluo ſic clientulum
Id refert. ſubaudi mea, eſt em̄ impersonale uerbū hoc loco. Verū reſe

A C T V S

Refert

ro ut personale est iunctum dō uel actō significat narrare, at iunctū adīcūm præpositione ad significat rem in alterius deliberationē ponere, cuius iudicium & sententia super ea re expectetur. Vir. delectos populi ad proceres primisq; parētem. Monstra deū refero & quæ sit sententia posco, id est pono in consultationem procerū & parētis. Solitario. mero. soli. Vnde uulgo passerem solitariū uocamus, q̄ soliuaga sit auis. Id em̄ merū quod solitariū grammatici significare contendunt. Peto. i. posco, & subaudiā iudice. Dicimus autē peto tē prouado, & peto a te id est posco.

Decisoriū

Decisorium. id est iuramentū quod imponit fine liti, & desertur siue refertur, Calumniā subaudiā uitandam. Sequuntur autē quinq; capitula iuramēti calumniae iurisconsultis nota.

Calumnia

Homo. Ambrosius anima inquit uel homo latine uel græce ἀνθρώπος dicitur, alterum ab humanitate alterum ab intuendo. Non uoles. primum capitulum. Calumniam inferre

Quinq; iū hoc est falsum intendere in defensionem tuā, quia reus. Improbe. iniqueramenti ca ex certa scientia & proposito. Nam calumnari est falsa crimina intendere, lumenca ca quod cōsilii est & animi deliberati. Calumniatoribus poena lege Rhemia pitula interrogatur, ut scribit Martianus iurisconsultus ad senatus consultum Tur-

pillianum. Interrogatus. alterum capitulum. Vera ne negaueris. Nā tierum negare uel celare idem est qđ falsum dicere, ut sacris canonibus cōprobatur. Probatione. tertiu capitulū. Ne utere. qm̄ & illum digna sua poena manet, ubi probationū falsitas consticerit. Neue. quartum Corruperis. qm̄ ad corruptorū testium dicta sententia lata retractanda est, si modo iusta iura sunt ut certe sunt. Pecunia. Vnde quidam ex nostris inter cætera qđ deniq; propositū tam firmū tamq; continētissimū, qđ non aries iste pecuniae de gradū dimoueat, incuruet, sibiq; submittat.

Differendam. Ultimū de calumnia uitanda iuramēti capitulū, de quo & aliis ecclesiasticis legislator plura tradit sub titulo de iure calumniae q modo recte tradantur non parum conferunt ad instituendos rudium animos sacrī christī dei iniciatis, & eis in primis quibus non leue onus regū datum animarū incumbit, qđ fortassis iusto dei iudicio non sine maximo nostrae religionis malo, qđ prohdolor nemo etiam percipit corde ignauissimis quibusdam hactenus delegatum est. Missum sinas. hoc est renūcies actioni. Obsecundor. Plaut⁹ intriculento indifferenti genere protrahit. Nunc dum isti lubet dū habes tempus ei oblecūdes. Et. pro id est obsequor. Nam Beroaldus. Pius. Cataneus obsecundor pro obsequor accipiunt. Pius loco iam citato obsecundes, obsequaris obseruias. Cætera letor haud impenso labore deprehendet. Solet etiam coniunctio quæ nec modo apud dialecticos expositiū capi, sed & apud poetas & oratores passim offenditur. Plaut⁹. Rudis est nescitq; quid expediat. Mātuanus In chaos antiquū materiamq; rudem, quo loco particulaq; signanter exposicione sumenda est. Quid enim aliud est chaos primordiale & antiquum quam rudis inordinateq; materiei confusa congeries. Valeat. pereat.

Obsecundor

male eueniat latroni. Hoc uerbum meson est. Terēn. Valeāt qui inter nos Valeat
dissidiū uolūt, hoc est a beant nunq̄ nos uisuri. Varro in libris logiistori-
cis dicit ideo mortuis salue & uale dici, non q̄ ualere & salutesse possint,
sed q̄ ab his recedimus eos nūq̄ uisuri. Hinc ortū est ut etiā maledicti signi-
ficationē interdū obtineat, ut Terēt̄. Valeāt qui inter nos dissidiū uolūt
hoc est ita a nobis discedat ut nunq̄ ad nostrū reuertantur aspectum, ergo
cū mortuo dicitur uale nō etymologia considerāda est, sed cōsuetudo, q̄
nullis ualedicimus nisi a quibus recedam. Deus inquit Cicer o sitalis est ut
nulla gratia nulla hominū charitate ualeat. Qui em propit̄ potest esse ne
mini, quid contemptus dici potest in deū. Valeat inquit id est abeat, rece-
dat quādo prodesse nullipotest. Latro. Seruius in enodatione carminis
eius Maronianī libro ēneidō xii. Fixūq̄ latronis Impauīdus frāgit telū
& fremit ore crēto Modo uenatoris & est græcum, nam Λατρεύει dicūt
obsequi & seruire mercede. Vnde latrones uocātur cōducti milites. Mo-
ris autem erat ut hos imperator & circa se haberet & primos mitteret ad
omne discriumen. Vnde nūc dicit latronis telo fixū leonē, quia uenatores
opera sua locare consueuerunt. Varro tamē dicit hoc nomē posse habe-
re etiā latinā etymologiam, ut latrones dicti sint, quasi laterones, quia cir-
cū latera regum sunt, quos nunc satellites uocāt, una tamē est significatiā
licet diuersa etymología. Plau. in pyrgopolinice ostendit quid sint latro-
nes dicens. Rex me Seleucus misit ad conducendos latrones. Varro li.iii.
de lingua latina latrones dicti a latere, qui circum latera erāt regis, atq̄ ad
latera habebant ferrū, quos postea a stipatione stipatores appellārūt. Tu
uero hic pro fure uel improbo accipe, & nō ur uulgo dici solet dū alter al-
teri uicia obiectat, quoniā quos nos simplices fures uocamus, eosdē itali
latrones appellant, sed nos homicidas eo nuncupamus nomine. Inde la-
trociniū actus ille sceleratissimus usurpatum, quod quidē atrocissimū sce-
lus teste Thoma Aquino nō censemebatur olim iniquū, apud germanos tā
cēcos & furiosos & legis naturalis ignaros, qđ & auunculus in adulescē-
tia sua diligenter obseruauit, opere non quidē mea cū uel in eo ob sang-
uinis cognatione merito suspecta haberi possit, sed optimi & itidē grauissi-
mi nup̄ primi p̄ceptoris mei Cratonis Vdēheimiī auctoritate nunq̄ satis
laudato. Clientulum. per diminutionem a cliente, quod est patroni cor-
relatiuum, ut ex Romuli constitutione de patronatu luculenter appetat,
de qua Dionysius item & Plutarchus & nonnulli Gellius noster memorie
prodiderunt. Tamen ponitur interdū pro seruo, sicut clienta pro serua.
Plautus in militē dixit suam clientam

CHORAVLES CHORVS

Cedant fori contentio & iurgia
Si uis quies ut sit tibi perpetua

A C T V S

In atrio nam tartari
Sunt & Minos & Aeacus.
Et cæteri consules & aduocati.

Cedant fori contentio & iurgia. Horratur chorus animi quietis appetentem abstinere a tribunalibus & prætoriis iudicium. Si uis, cupis, appetis. Perpetua quies, tranquillitas, & perinde beatior uitæ præsentis modus & tenor. Contentio. Iis, altercatio q̄ inter inimicos exoritur. Iurgia. concertationes, dissensiones, & hæ nonunq̄ inter beneulos & amicos enascuntur ut inferius latius referat. Fori. caularū auditorii qd iā uulgo appellatur cōfistoriū, de multiplici foro romano cæsareo, augusto, boario, piscario, olitorio, aliis. Varronē legit. Cedat. absint, relicta habent. Alias aut̄ cedere ex auctoritate Marcelli immolare. Plau. in Aulu. Cedidū. cōduxiego illū. Vir. Cedūt quinas dē, more bidentes. Videtur aut̄ poeta noster totū huius chori argumentū ex Luciani græci scriptoris Palinuro deprōpsisse, qui scribit ad forā publica, ad sedes iudiciarias oīa strepitū & clamore miseri, ibiq̄ occurrere litigatoriū iurgia, testiū piuria, causidicorū p̄uaricationes, iudicium corruptelas & p̄sidū ambitiones. In atrio cāpo elysio, ut apud Vir. vi. æne. de cāpis elysiis diuersa ab auctoriis tradūt. Nā alii fortunatas esse insulas uolūt, ut sentire uidēt. Hora. in epodo & Salu. in oceano esse referētes. Diodorus aut̄ in meridiano oceano positas scribit, ibiq̄ esse res admirandas tradit. Si yō Lucanū segnatur. Elysios circa lunare circulū esse dicemus, ait em̄ Quodq̄ patet terras inter lunæq̄ meat. Nō illic auro positi nec thure sepulti, pueniūt. De qbus etiā Serui in v. Atriū prim⁹ intra ædes adiutus. Lucæ xi. Dū fortis armat⁹ custodit atrium suum in pace sunt ea q̄z possidet. Et bonus poeta. Atria lōga patescunt, ubi ut notauit Seruius culinā facere antiqui cōsueuerāt, hinc atria dicta, quasi atra propter sumifliginem. Pompeius atrium ante ædes genus aedificiū propriæ dictum putat quasi atterrium q̄ e terra oriatur. Vnde Atrienis inter primores seruus nomen accepit, & atriolū in amplis domibus in quib⁹ erat atriu maius. Tartari. tartar⁹ a & ταρταρω cōturbo, quia illic oīa perturbata dicuntur, & ποτε ταρταρι. i. a tremore frigoris. Sole em̄ caret, pluralē in genus indifferens murat. Lactantius. Nanc⁹ triumphantī post tristia tartara christo. Laudant rite deum lux populū arua fretū. Tartariū neutro genere sex uini est. Mantuanus in opere serio, quo theologas res heroice decantat, multiplices pœnariū in inferis sedes cōmemorat, quas & bonus poeta in vi. ænei. cōpleteuit. Nec est aut̄ hoc ignorādū apud hoies q̄q̄ famosissimos extitisse carceres, q̄rū noīa ultrocq̄ citroq̄ in historiis lecturiētib⁹ se offerūt, & hæc sunt barathriū apud atheniēles, mecyon apud Syracusanos, gemoniæ scalæ apud romanos, & coraces apud arcadas. Minos & aeacus. Socrates in gorgia Platonis refert Iouem hæc dixisse Plutoni. Ego igit̄ cōstitui iā meos filios iū dices, ud

Contentio

Atrium

Tartarus

os quidē ex Asia. Minoen uidelicet & Rhadamāthū. Vnū uero ex Euro-
pa & acū. H̄i ergo postq̄ mortui fuerint iudicabunt in prato quodā ibic̄
in truio ex quo geminæ portat uīæ. Altera quidē ad tartarum, altera ue-
road insulas beatorum & asiaticos rhadamāthus. Eos uero qui ab euro-
pa uenient & acus iudicabit. Minoi aut̄ id munus iniungam ut ipse diuid i-
cer si quid ambiguū fuerit ut iustissime procedat iudiciū, recteque fiat trās
missio animorum, hæc ille.

Vetat musa sequacibus industriis

Quidam
legunt
Veteris
Musæ

Frequentare iuridici subsellia

Vbi uigent uersutia

Calumnia mendacia

Doli mali, proditoriae & fraudes

Vetant musæ. Huius nois deriuationē ex Pici cōmētariis p̄cedenticho-
ro annotau. Nūc musarū cognōia noīaq̄ p̄stringens promissū exequar,
Vocatæ sunt igit̄ musæ nymphæ qd̄ Acron apud Horatiū notat. Dicūtur De musis
& camoenæ qualicanenq̄ a cano ut Festus. Serui, & Macro, docent. Varro
tñ primū casmenas dictas ait, inde carmenas, postremo r̄ līa ablata came-
nas. Heliconiades uocatæ ab helicone Boeotia mōte, nō Parnassiū iugo, cō-
tra Seruiū. Parnassides appellatæ sūt a phocidis regiūculæ mōte parnasso
q̄ & larnassus antiquus dicebat. A mōtib̄ boeotia aoniis aonides frequēt
nūcupatæ. Boeotia q̄q̄ regio aonia dicta est, a c̄ etiā nūc populis hyātiis
hyantiæ sorores a poetis dicunt. Cytheriades a cythero monte uel saltu
thebis propinq̄. Pierides uel pierizæ a Pieride mōte ut ait Festus dictæ sunt
Idem pegalides dicta tradit a fonte quem Pegasus istu ungulear fingitur
appuruisse, ob quam causam & grēce hippocrenæ appellatæ sunt ab ipso
fonte, cuius aquas suisſe uocales græcorum plurimi scripsere.

A beo demetiā fonte Aganippidæ frequēter appellatur, qm̄ & fons ipse
aganippe cognominatus illissides & illissiades nuncupatæ sunt, ab attico
flumine Illissio. Thespiaades a. Thespia uel thespis ciuitate boeotiq̄ ubi p̄ci-
pue uenerabātur Libethrides a magnesia fonte musis sacro nuncupatæ
sunt. Pimpleiades a fonte ueluico Macedoniæ ut Porphyrius ait. Nomi-
natæ sunt castalides a fonte parnassi castalio. Corycides a colle uel antro
corycio in parnasso delphis proximo. Mnemosynides ad h̄ec dictæ sunt,
a matre Mnemosyne quæ est memoria. Pateides quoq̄ ut ait Pompeius a
fonte macedoniæ propter liquoris eius unicā subtilitatē, & Ligyæ dicūtur
ut in Phydio scribit Plato. Olympiadas & Varro affirmat noīatas esse
ab olympo monte, uocatæ demū sunt ardalides ab Ardalo Vulcani filio
ut latius est uidere in syntagma Lilio. Verū hæc sunt nouera musarū
nomina, quarum prima Clio nominata est uel a laude uel a gloria, altera
Euterpe uel euterpea nominata, quæ latine iucunda dici potest. Thalia ter-
tia a uirescendo denominata. Melpomene quarta quama canendo dicta

putant. Terpsicore quinto loco cedit, hanc ideo q̄ choræ delectatur ut
catam uolunt. Erato sextum sibi locū uendicat, quæ amabilis dicit. Oui.
Nunc Erato nam tu nomen amoris habes. Septima polymnia est quam
polyhymniam interdum cogente carmine dicunt, alii uolunt a laude, alii
a memoria ueluti multimemorē uocitatā. Octava Vrania est quā celestē
quidam, multi astrologiam appellant. Nona Calliope memoratur, quæ cā
tus suauitate ceteras antecedens ab omnibus plurimi aestimatur, nomēq;
a bona uoce deductū obtinet, de quib; ad saturitatem Fulgentius.

Industriis. industria ab ingenio hoc differt, q̄ ingeniuū aut acutum dici
mus, aut obtusum, neutiq; autē industriā, sed aut magnā aut paruā, & si in
geniuū quoq; & magnū & paruū dicimus, ad hēc mercatores & agricultores
industrios potius dicimus q̄ ingeniosos, & poetas oratores philosophos
ingeniosos magis q̄ industrios, ingeniuū quoq; ipsum oīno īest a natura,
Industria uero ab exercitatione magis atq; ab usū, quid qđ hēc ipsa absq;
ingenii bonitate uix est aliqua. At ingeniosi permulti absq; industria, aut
ea oīno exiguā. Prēterea ingeniuū in aliis est uersutū & callidū, in aliis lene
mansuetum aut contra asperum atq; insolens, quis unq; dixit aut lenem
aut asperā aut uersutā simplicemue industriam īest ingenio celer itas aut
carditas. Industriæ expeditio potius & explicatio quasi quædam in reb;
impeditis atq; perplexis in inopia, in necessitatib; in difficultatib;, ut ui-
deatur industria quidē ab ingenio ortū ducere, cæterū agendo atq; expe-
riendo ali, formari, perfici. Nam ingeniuū si desuerit, qui nam potest esse in
industriæ locus, rursus exēcūtatio nūi accesserit atq; usū, ea quoq; nulla est
futura. Quocirca nomen ap̄sum uidetur ab induendo ductū, ut sit quidā
quasi habitus usū exēcūtatione q; ab ipsa ac diu multumq; experiendo in
doctus, nam pueros passim ingeniosos dicimus, nequaq; uero industrios,
at uiros ac senes dicimus industrios. Pontanus.

Subsellium

Subsellia. Varro dici ait subsellū sedile, quod non plane sit sella, sicut
subspere, qđ non plane sapit, ista enim particula sub ut aiunt grāmatici si-
gnificat temperamentū. Biselliū uero dixere in quo duo federēt, uo uero
subsellia hic pro iudiciis accipe potes uel simpliciter pro sedibus, in quib;
litigates dū causa agebatur sedere solebant, pro quibus pensio & merces
certa soluebatur. Librū mihi est de subselliis eorūq; uocabulis ex Crini-
ti uerbis aliquid subiicere. Sunt autē hēc tripodes, subsellia, strati, hemicy-
clum, rochus, exedra, scimpodiū, lectica. Vnde etiam lecticarii & in urbe
roma castra lecticariorū celebrātur in transstyberina regione. p. uicore
Sed & cathedra bipodium & torus, segestria quoq; scamellū, siliquastrū,
selle & bisellum, de his em Var. Terentius agit in libris de latina lingua
Nam a sedendo inquit sedes sedile sellæ & siliquastrū, & ab his etiam sub-
sellū. Pedianus Asconius. Subsellia inquit ea esse quæ triūviris quæstori-
busq; daretur illisq; eriā qui minora iudicia exercebant sellas autē suisce
currules ac tribunales. Scimpodiū uero selle gen? apud ueteres, qđ in gre-

Q V A R T V S L X I I .

cia frequēs fuit. Vnde illud Gel. græciēs appellauit, offendim⁹ inq⁹ Frō
tonē Cornelii in scimpodio græciēs cubantē cū pedes grauiter egrotā-
ret. De scamello aut̄ illud sciendum q̄ a scanno quidē hoc deducit̄ sicut
Varro & Priscianus docent. Iuniores scabellum dix erūt ex affinitate ut
puto literarū, q̄e sit inter m & b, hæc ille. Iuridici. iudicis, quasi ius di-
centis, cuius officium latissimū est, ut tradit̄ Vlpia, l.i. ff. de iurisdi. oīm iu-
di. Versutia. dicta q̄ plurima secū ipsa uerlet, nec idē sentiat animo qd̄
uerbis aut uultu innuat, quin & celat & infirmat sententiam & interpretatur
sua dicta, uariatq̄ propolitū. Nec tā non constat sibi q̄ delectatur fraude
ac captionibus. Vnde etiā uersipelles dīti. Q̄e igit̄ uersutor̄ sint ar-
tes mores ingenia comici docent serui. Vnde Petrus in sequenti scena
uersipelle me Hercules te iudico. Versutia plærūq; proclamat uergitq; in
dolū fraudē calumnia. Ex arte ergo poeta subdit calumnia mendacia do-
li mali præditoriq; fraudes, itaq; uersutorū hominum uerba sunt dubia
nulloq; modo simplicia, promissa parum fidelia, fucata persona, solertia
malitiosa sermo anceps captiosa oratio, consilia haud quaq; recta, sicut
admonitiones, demum in insidiās, deceptions, illusiones, omnino spe-
ctat, quibus cum parum utiq; turæ sint confidueudines atq; cōmertia. Pon-
tanus. Calumnia. est maliciosa & mendax infamatio, & calumniator
qui falsa crimina scienter intendit, existimat. Priscianus calumniam a uer-
bo caluo deriuari quod significat decipi, quo uritur Plautus in cassina sic
scribens, ubi domi sola sum sopor manus caluitur, pro eo qd̄ est decipit
ac frustratur, de quo Pium plura scitu pulchra, etiam de caluis notanter
uidere potes in enarrationibus in cassinam.

Mendacia. mendacium est. Augustinus ait falsa significatio uocis
cum uoluntate fallendi. Idem oīto mendaciū genera ponit. Primiū est capi-
tale mendacium & longe fugiendum, quod sit in doctrina religionis ad
quod mendacium nulla conditione quiuis debet adduci. Secundum ut si
aliquem ledat iniuste, quod tale est ut nulli prospicit & oblitus alicui. Tertiū
qd̄ prodest alteri, ita ut oblitus alteri, quamvis non ad immundiciā oblitus
corporalē. Quartum sola mentiendi fallendiq; libidine quod mirum mē-
daciū est. Quintum quod sit placendi cupiditate de suaui eloquio. His
omnibus penitus euītatis atq; reiectis sequitur sextum genus quod nulli
obest & prodest alicui, uelut si quispiam pecuniam alicuius iuīste tollen-
dam sciens ubi sit ne scire se mentiatur. Septimum quod & nulli obest &
prodest alicui, uelut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere mē-
tiatur. Ultimum quod & nulli obest & ad hoc prodest ut ab inmūdicia
corporali aliquē tueatur, de quibus latissime tractatur in decretis canoni-
cis xxii. q. ii. c. Beatus Paulus. §. ille ergo uersi. Est em & c. primum est per
tot & seq. Quapropter uir bonus ut Nigidius admonet præstare debet
némentiatur, prudens ne mendacium dicat. Dolimali. de quibus in
prima scena. Proditorie. a prodo quod est defero patesfacio proditor

Versutia

Mendaciū

ACTVS

proditio prodilectum proditorius deducitur. **Fraudes.** Deceptiones quæ alicui inferuntur, a ferendo fraus dicta sicut impostura ab imponendo. Unde & impostores dicti, pro qua dictio apud Vlpianū, in l. ob quæ uiritia, ff. de ædil. edict. legitur adulterina imposteros emaculanda & latina ciuitate proscribenda. Glossatorem qui hanc adulterinam uocem recipere uidetur missum facio, quoniam nō modo hoc in loco seude lapsus est, sed in sexcētis aliis quæ obseruata sunt Barbaro, Politiano, Beroaldo, Pio, Cataneo, Budeo. Verum ob haec tamen errata quandoquidem non unidat cuncta deus minime laude sua expilandus est, quæ quidem ob laboriosam & herculeam pene operam pro legum concordia eidem præ cæteris meritissimo iure debetur. Nemini igitur detrahēdum, tum quia deus ulciscitur, tum q̄ s̄pēnumerò detractores iusto dei iudicio turpiter palinodiam hoc est contrarium cantum concinere coguntur.

Abhortatur te laureis uirentibus

Apollinis coelestibus concentibus

Dies noctes incumbere

Et libere

Et impigre

Vt cum phœbo sempiternus esse possis

Hortor
At hortatur. subaudi musa hortatur admonet. Hoc tamen a moneo differt hortor. Qz monemus auctoritate, & consilio. Hortamur rationib⁹ & precibus, etiā plerūq; blandiendo. Terētius. Ego propterea te sedulo & moneo & hortor ne cuiusquam te misereat. Te. subaudi quietæ magis & tranquillioris uitæ cupientem. Incumbere. operam dare. Dies noctes. semper, & honestius est loqui per accusatiuum quam per ablatiuum, quandoquidem cum dicimus per accusatiū tempus continuum significamus, cum uero per ablatiū tempus intermissum. Libere. libero & cæteris curis animo defecato, de quo inde tripliciuita Ficinum legere potes, qui qualis animus ingenuis disciplinis uacaturus esse debeat oppido per quam eleganter explicat.

Impigre. obnixe diligenter & alacriter.

Laureis uirentibus. hoc est disciplinis, literis, studiis, quæ cultores suostandem perpetua uirete lauro, id est felicitate afficiunt, quale solum ex omnibus præcipuum est sacræ christianæ theologiae studium, cuius finis est deus superbenedictus, ut e uerbis Iacobi Fabri in precedentī choro re latum est & facile deprehendi potest. Laurea proprie ut sentit Plinius lauri folium appellatur perpetuo uirens & topiario operi accedens. Poeta tamen hic pro lauro usurpauit, sicut Horatius. Tu spissa ramis laurea feridis. Cato lauream & laurum & mutata diphthongo loream pro eadem

**Laurea
Lorea**

Q V I N T V S

LXIII.

accipit, de coronis laureis Gellius. Concentibus. carminibus castiori eloquio descriptis, qualia sunt Prudentii. Rhabani, Ioannis Pici iunioris. Mantuanii, Iacobi Fabri. Bigi, & similium, in quibus non est legere nugas (ut proverbio dicunt) sicut in gerris vaniores, nugas inquam inferno loue mendacii parente gentium poetis ueluti organis suis suggestas.

Apollinis. Dei optimi maximi, quo duce nostri cecinerunt poetæ, ex quibus meliorem datur suggerere frugem quæ poeticis gentiū signis, in quibus præter elegantiam uel modica uel nulla est, ut compatriotæ mei sententias subscribam, licet mihi. & multum præfere elegantiæ & multum eruditioñis non uulgaris. Pici hymni atque commentaria continere uisi sunt. Cæterum non latet me quid de Apolline, quare concentus illi ascribantur. Fulgentius & alii scripsierunt, quæ hunc in locu[m] cōportare nolui, syncero animo & p[ro]uiscera misericordiæ dei nostri obtestans quosuis ingeniosos adolescentes ne uel diutio[n]e quæ dignum sit uel totum uitæ suæ tempus in eiusmodi fabelli cōterant & deperdant, sed potius fœliciter primis iactis fundamentis ad seueriora animi studiū studia adiungat, memores semper Iacobi Fabri confessionis. Quā dedita opera hisce in proximo choro interferuimus nostris explanationibus. Cum phœbo. cum deo. De phœbi solisque noib[us] quæ dictum est. Aduerte igitur sacrosanctæ theologicæ christianaæque poesis finē, quod est summum bonum deus gloriosus, propter cuius nomen plœratis hæc studia exosa sunt, quæm eorum professores elucidatoresque persequuntur, non percipientes corde quæ in id pestilens hoīm genus uterque Picus scripsierint cōsequente eos ueritate. Semper in ueritate. Semper in ueritate. Nā semper in ueritate. duratura sunt beatiorū corpora diuinæ nutu, post resurrectionē quippe secundum ætatem plenitudinis christi, ut apostolus ait, & anima & corpus perfundentur dominis perpetuæ semper in ueritate, quæ dona dōtes nuncupant a theologis. Cæterum perpetuum, ut inquit Donat, ad homines pertinet sicut semper in ueritate ad deos, cum quibus quib[us] bona egerunt fulgebunt sicut sol. Sed imp[er]i tradentur in ignem æternū, non mortalem, qualis est apud nos, sed qualem nouit deus. Cum quout semper in ueritate uiuamus post mortem sunt nobis hic semper diuinæ eius meditandæ laudes.

ACTVS QVINTVS PETRVCIVS DROMO

Pet. Fortuna nobiscum fuit Rhamnusia

Fortuna quæ uertit reuertit omnia.

Bene uertit acta quæ ante iudicem egimus

Quibus Danista te uolutum prendidit,

Sed es solutus iudicis sententia

Opera mea & consilio & auxilio simul.

A C T V S

Quare tuam fidem oro ne me proferas
Qz iure pacti portionem sumpserim
Multo minus tandem mihi stipulatus es
Duos enim pollicitus es dare aureos
Quos absq; controversia merui probe
Expecto des,dare uis Dromoc. Dro.Ble.Pe.eiusmodi
Vltra haud oportet alloqui uocabulo

Fortuna

Fortuna. In hac scena Petrus exponit a Dromone duos ei pollicitos aureos, uerū Dromo dolosus eum deridet eo quo institutus fuit pan-nicidā decipere modo. Est autē hæc retorsio periucunda, nec multū etiā iuriis sanctionibus aliena. Quis em̄ aspernabitur idē sibi dici qd ipse aliis dixit, uel dici efficit, quod luculenter Vlpianus demonstrat. I.i. ff. qd quisq; iuris in aliū statuerit, ipse eodem iure utat. Fortuna distinguit a fato & natura his uerbis Seruī. Tribus em̄ humana uita cōtinetur. Natura cui ultra centū & uiginti solsticiales annos cōcessum nō est. Fato cui nonaginta anni hoc est tres Saturni cursus exitiū creāt, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertiu eius superet cursum, fortuna id est casu qui ad omnia pertinet quæ extrinsecus sunt &c. Rhamnusia. fortuna dicta ab Euboie urbe in quo maxime colebatur. Reuertit omnia. Salustius, sed profecto fortuna in omni re domina. Tullus rex quoq; omnia fortunæ ascripsit. Plinius explicat libro naturalis historiæ secundo lepide non minus q; copiosæ fortunæ cognomenta, quæ ut scitu Landino, Beroaldo, Crinito, Mācinello, Pio Cataneo, & oībus fere norata sunt. At ego iam illa missa facio aptiori loco ultimæ scœne referenda differo in p̄fens tñ Pacuianū carnē relatū de fortuna, eiussq; multiplici potestate appositur. Fortunam inquit insanā esse & cæcam & brutam perhibent philosophi. Saxiq; ad in-sar globosi p̄dicat esse uolubilē, quia quo saxū impulerit fors eo cadere fortunā aut uirant, cæcā ob eam rem esse uocat. Quia nihil cernat quo se applicet. Insanam autē aīst, quia atrox incerta instabilisq; sit. Brutam quia dignum aut indignū nequeat internoscere. Hacten⁹ Pacuiani, qd etiā M. Cicero in rhetoriciis retulit, ne quis in queritando diutius fatiget, & si quidam paulo indoctius id ut soluta Ciceronis orationē adducant.

Acta

Acta, negotia, quæ & pro legib; plerūq; intelliguntur. hinc acta cesa-ris dictatoris non rescissa legimus apud Tranquillū. Accipiuntur etiā acta pro librīs & tabulis continentibus negotia in iudiciis conscripta. Prendi-dit. cepit, a prendo quod prendi & prendidi facit p̄tm. Ne me proferas, id est palam facias, prodas in publicū. Nam puniūtur tales aduocati q; litis quotā partē paciscuntur. Eadem significatiā Teren. protulit. Haud pro-p̄tereate rogout hoc proferā. Itē Seneca. Ante q; sententiā proferam, alias

Prendo
Profero

protenderè est & prolatare. Portionem. quasi portionē. Huius diminū Portio
 tiū est portiūcula, Apule. Qui cū a me portiūculā posceret, hinc sit pro
 portiō quæ est duarū rerum inuicem facta cōparatio. Iure paci. Vn-
 de nō ineleganter ex nostris quidā eiusmodi sceleratissimos causidicorę
 nostri seculi mores hisce notauit uersibus. O quotiens uiduæ concedere pi-
 gnora matres. Cogitūr sua cauldico & promittere paup. Dimidiū ipsius
 de q̄ lis pender agelli. Pupillusq; suū supponere corpus ephœbus. At hoc
 ultimū italis dictū puto iure, rōne pactū conuentiōnis. Pactū aut̄ a pactiōe
 dicitur, inde etiam pacis nomen appellatiū est, & est pactio duorum pluri-
 umue in idem placitū & cōsensu. Vlpianus titulo de pactis. Multo mi-
 nus. subaudi proferas, qd tandem mihi stipulatus es. id est a me interro-
 gatus certam partē mihi promisiſt. Quid sit stipulatio docet Vlpian⁹. ff. Stipulatio
 de uerb. obliga. l. i. Itē & Pomponius eodē titulo. Stipulationē ipsam defi-
 nit atq; diuidit. l. v. Sed nos grāmatice ex grāmaticorū principe Priscia-
 no & non innominato iureconsulto id subiiciamus, stipulor. cōmune uer-
 bum esse, quod tam in actiua q̄ in passiua significatione ablatiuo itēgitur.
 Consimiliter stipulator qui rogat & rogat. Stipulatus quarti ordinis no-
 mē idē quod stipulatio, est. Est & hoc in transcursu notandū ueteres stipē
 nummū a stipando appellasse. Nam cūt̄ asses librales essent eos in aliqua
 cella stipabant, id est componebant ut inquit M. Varro, quo minus loci
 acciperent. Hinc stipulari & restipulari ut stipendiarii ut alias dixi qui sti-
 pem pendebant, quare stipulor propri de pecunia dicitur ut hic, quamuis
 ad omnes interrogations quæ solenniter fiunt translatum sit, sed & hoc
 iurisperitis cognitum magis.

Absq; cōtrouersia. dubio procul. Nam cum sine & absq; indubie signi Contro-
 dicat ut tradunt grāmatici. Quid aut̄ sit controuersia Seneca inquit. De uersia
 clamabat Cicero non quales nunc controuersias dicimus, nec tales quidē
 quales ante Ciceronem dicebant quas theses uocabant. Hoc aut̄ gen⁹ ma-
 terie quo nos exercebitur adeo nouū est ut nomen q̄toq; eius nouum sit,
 controuersias dicimus, Cicero causas uocat. Hoc uero alterum nomen
 hoc est thesis grācum est, sed in latino ita translatum, ut pro latino sit.

Merui probe, ac si diceret, quos mihi promisiſti duos aureos haud in
 digne nec imerito in meredē accipio, a quo mereo & mereor q̄i duo
 uerba uno merui præterito communicant deducta ut pueris notum est.
 Verum eos proprie uolunt merere qui sordidissimum capiunt quæstum
 ut meretrices, quanq; merere etiam dicimus stipendii gratia militare. Lu-
 canus. Ære merent paruo.

Dro. ble. Pet. non oportet talibus nunc moribus
 Nam libere loqui uales iam. Dro. Ble. Pet. Nihil
 Hac uoce soli cum sumus deinde est opus

Merere

A C T V S

Dro. Ble, Pe, uis dare an nō te rogo. Dro. Ble, Pe, non
Sed serio, propere est eundum istuc mihi Cioco

Dro. Ble, Pet. uersipelle me hercules te iudico.

Immemorem & ingratum mihi merito bene

Vis soluere aureos duos mihi debitos:

Dro. Ble, Pe, non quiescam donec inueniam modum
Soluendo sis, aliter minas male senseris.

Mos. Talibus moribus, uel tali instituto meo, caue scilicet nil nisi ble respon-
deas, si quæro quæ, tu redde ble, atq; aliud nihil. Vel modo, nam in utræq; significantia receptum est. Nam morem pro modo Horatius, Columella, Martialis posuere, Iulius uero Fesius de uerb. signi, morem testatur esse in-
stitutum patrii pertinens ad religiones ceremoniasq; maiorū. Porphyrio
morosos uocat eos qui sunt multorū morū inter se contrariorum. Dicim⁹
autē & bonos & malos mores. Recte igit⁹ Vlpianus inquit titu. eo. l. pronū-
ciatum matrem familias accipere debemus. eam q̄ nō in honeste in domo
uixit, matrē em̄ familias a cæteris sc̄minis mores discernunt atq; separat.
Proinde nihil intererit nuptia sit an uidea, ingenua sit an libertia. Nā neq;
nuptiae neq; natales matrem familias faciunt, sed boni mores. Non ioco,
insc̄ienter, imprudenter. Sed serio ex animi sententia, proposito, & repe-
te uerbum rogo uel subaudi loquor. Suntq; hæc duo opposita teste Quin-
tiliano, quod uel ex hoc Plauti facile intelligi potest. Si quid dictum est per
iocom, non æquum est id te serio præuortier. A serio serietas dictorum
factorumq; decentia. Istuc. .i. ad tribunal reuertendum est mihi.

Ioco
Serio

Propere

Versipellis

Memor

Ingratus

Propere. celeriter. Salustius. Tum propere consul dicit exercitum. A
properonomine, aduerbia propere properatim properiter properanter
Versipelle, dolosum, in utræq; facilis partem uerborum cōcinnator
uersipellis dicitur, ueluti pellel uerteret, & in aliam figuram trāsiliret.

Immemorem, subaudi accepti beneficii, cuius contrariū est memor oīs
generis. Sicut & immemor, mémorior faciens comparatiuum. Ingratū.
Seneca de beneficiis. Ingratus est qui beneficium se accepisse negat, qđ ac-
cepit. Ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit, ingratissim⁹
omniū qui est oblitus. Non possum præterire quin subiiciam ad explodē-
dā Aristotelicæ ingratitudinis opinione q̄tum Aristoteles Platoni magi-
stro cōcesserit, quem a discipulo Aristotele in tradēdis disciplinis neglectū
aut saltē minus cōmeridatū, cū & ab eo libere dissentiat, ac ignorantie ali-
cubi (ut quidam opinantur) arguat uulgo receptum est, quod ego aliter
acciendum existimo, sicuti Macrobius & alii ueteres exponūt, neq; em̄
uiginti annos dūtaxat academiæ principem Platonem audiuit, sed eidē
rantum tribuit atq; concessit, ut eius quo q̄ numini aram in templo con-
struxerit, statuamq; consecrarit, in qua descriptum esset, hunc esse illū quē

probi omnes merito debeat & imitari & commendare, quod & Crini-
tus cuius ore iam loquimur in parthenicis suis attigit his uersibus. Hæc il-
la est ara floribus redimita suave oleoibus. Quam gratus bene mereti st-
tuit discipulus seni. Tituloq; hoc restatus animum suum atq; officium, Pla-
tonem probandum probe a probis, ab aliis nephias. Sic ille princeps & au-
tor egregius sapientia tam diuturne disciplinæ & sacri muneriis tulit di-
gnum pro meritis tantis ab alumno suo præmium. Idem præterea Aristo-
teles Platonis nomen sanctum atq; diuinum uocitabat, egregiamq; orati-
onem de Platonis laude composuit, ut ab Olympiadore proditum est. Li-
cer quoq; ex Codro intelligere quanti rursus Aristotelem fecerit diuinus
ille Plato, cuius etiam præstantiam diuinauerat, quod uel eo potissimum
argumento suspicari potest. Habebat Plato in academia magnam philo-
sophantiū cateruā, sed inter omnes eminebat Aristoteles, hūc Plato ama-
bat, hunc contemplabatur, hoc gloriabatur. Certo dīc quum in auditoriū
Plato uenisset, & Aristotelem interesse non cōspicaretur reliquis discipi-
pulis audientibus exclamauit intellectus non uenit, quasi omnes alii præ-
ter Aristotelem crassi & obtusi essent ingenii, nec Platonem intelligerent.
Post aliquot etiam dies cū idem accidisset Plato dixit, abest philopolus
ueritatis. Tertio circumferens oculos Plato & abesse Aristotelem cernēs
suspirauit dixitq; καὶ Φῶτὸς ἀκρατεῖ τὴν πολιτείαν id est natum auditorium, tanquam
alii philosophantes præ Aristotele muta essent animalia. Indignum igitur
creditu est Aristotelē tam magnarū tam uera rū laudum immemorē unq;
factū, contendisseq; omni studio de se optime meri, ut præceptorē semper
redarguere & incōmendatū præterire, quod si ita esset profecto non minus
q; Iasonis uel Thesei, uel Laomedontis, uel Pāridis, uel Atheneris, uel
Syracusanorum, uel Alexandri magni, uel thebanorum, uel plurium ali-
orum inter memorabilia deo hominibusq; exosq; ingratitudinis exempla
& hæc quoq; Aristotelis ingratitudo referenda notanda & detestanda esset
in perpetuum. Qua culpa omnis nos decet discipulos carere. Meminerint
discipuli præceptoris sui bonitatem extollere, ne sub pœnitendo (ut Be-
roaldus inquit) magistro militasse videantur. Sunt præterea ueluti paren-
tes perpetua ueneratione obseruandi, quoniā erudiri & gigni paria sunt,
cum alterum procreet animal, alterum faciat hominem. Non enim manus
duas habere aut peditibus geminis proficiisci, cæteraq; eiusmodi quibus a
brutis differimus hominem faciunt, sed rerum scientia & eloquentia quæ
nobiscum non nascuntur. Quantum autem debeamus honestis ac erudi-
tis præceptoribus abunde historiarum lectione assequimur, qua comperi-
ueteres principes & romanos & græcos suos præceptores nō modo sum-
ma & egregia obseruatione coluisse, sed honoribus etiam maximis atq;
dignitatibus persecutos fuisse. Nam parentibus & diis & præceptoribus
(ut inquit Plato) uix hercle pro merito illud uetus ἀγρόπολις obser-
uari potest, cum tanto muneri nullæ satis gratiae referantur.

A C T V S

Merito. scilicet dete benemerito. Aliter. id est si aliter feceris, hoc.
est si no solueris. Senferis. id est senties. Minas prisciminas dixerunt
Vnde leno Plautinus. Minias ego istas flocci non facio tuas.

ELSA GRETA HENNO DRO. ABRAM

ELS. Vicina nunc pendeo animi opperior uirum

Ex oppido Danista cui iurgatus est.

Timeo uiri seueritatem, nescio

Quorsum excidit rumusculus de iurgio,

Potens Danista, sed maritus fortior.

At ecce longe illum per arua incedere

Video, suas spargentem & inde & hinc manus

Scire uelim an affit pax, nimis solicita sum

Vicina. Principium huius scena ultimae anxiæ & sollicitæ anus queri moniam de lôga uiri absentia iurgioq; in urbe inter pannicidâ Hennone ac Drômonê exorto cõtinet, q; dñi cñ uicina Greta loquitur insperato con spicâ maritû, cui seru^r recôcilia^r, q; iuss^r libere ut acta erat rē receſet oem, da t̄q; ei filia in uxore. Quo gaudio fabula nr̄a ad castos mores facta, scoli cēlætūq; capit exitū, & spectatores ei^r salute pri^r optata plausu dare iubetur. Pendo animi. pro suspensa, perplexa sum Animi. pro animo, archaismos est, sic Horatius integer est animi. Sic & M. Tul. pendo animi

Opperior. expecto. Teren. Hic ego interea uirum opperibor, geminato pp scribi censem Tortellius ad discriumen passiu operior. Viru. ma ritum Pompeius auctor est antiquitatē uiras coniuges appellatasse quare Baptista Pius hunc Plauti uersum corrigit legitq;. Heret hæc res quidem hæc iam mulier facta est ex uira, & non ex viro, qd haec pauci animad uerterunt. Cui iurgatus est, probris & iurgiis incessit. Iurgari dicitur & iurgare indifferenter. Amphitryo Plautin^r. At pol quin certa res hæc est adiurgare. Seueritatem, asperitatem, impatientiam remittendi, obaudienditie probri. Quorsum, quam in partem. Rumusculus a rumore. Cicero pro Clientio. Qui imperitorum hominum rumuscules auicuant

Rumiferare est publico rumore & fama ferre & collaudare. Plautius. Amphitryo uxorem salutat laetus speratam suā quā omnīt thebis uir unam esse optimam dijudicat, quāq; adeo ciues Thebanuero rumiferant probam. Iurgio. iurgium & lis hanc habent distantiam. Q^r iurgium leuior res est, siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio uel contentio dicitur iurgium, inter inimicos lis appellatur. M. Tullius de repu. Ad minor nec rerum solum, sed etiam uerborum elegantia. Si iurgā inquit bene

Opperior
Vira

Iurgare

Rumuscul^r

Iurgium

uolorum cōcertatio non lis inimicorū iurgiū dicitur. Idem. iurgare ergo lex putat inter se uicinos non litigare. Hęc tamē pro commido scripto rum cōfunduntur. Festus iurbationem iuris actionem interpretatur.

Potens. ad uires corporis & non ad facultatiū seu rerū copiam referendum, ut cōparatio in suo sit genere. Nec me fugit q̄ Marcellus scribit foris eriam diues. Plautus in trinūmo. Eum sororem despōndisse suā in tam fortē familiā. Idem in milite pro formosa accepit. Ecquis fortis uisa est? Fortis alias celer, ut est apud Lucretiū li. iiiii. de rerū natura, sed hic in populi significato recipiendū est. At ecce. q̄uis hęc particula ecce plerūq; aliquod malum repentinum insperatumq; significat, ut supra in secunda primi. Sed ecce quid euoluta singula cerno, hic uero & apud Apuleiū saepe improbus bonum denotat. Arua. ab arando dicta. Varro. Pax concordia, tranquillitas, a pactione dicta, ut paulo ante ex auctoritate Vlpiani dictum est. Nec toto caret pluratio seu multitudinis numero. Varro animaduertendū primum quibus de causis & quēadmodū constituerunt paces, secundū quā fide & iustitia eas coluerūt. Consimiliter Horatius irem & Augustinus paces dixerunt. Nimis sollicita sum. ualde cōmota sum. Quæstā animis inest agitatio quæ illos assidue sollicitos habet, dum uerentur ne quid secus q̄ oportet deceret uel admittatur, uel accidat experti uidelicet humanos casus, actum tum fortunæ inconstantiam, tum hominum leuitatem, itaq; prudētissimum quęq; gerendis in rebus cura hęc maxime uexat, quę ab animi ipsiō cōmotio atq; agitau dicta est sollicitudo, laudabilis sane cōmotio, dū ne mēte perturbet, abefacterq; cōsilia

Ecce

Pax

Gre. Quid te attinet pax iurgium ue respondeat?

Els. O Greta, nescis de Dromone & filia

Fuit clam habendum Hennone semper, filia

Non nihil amat Dromonem, & is magis quidem

Rursus amat Abram ex intimo pectusculo.

Volui utrosq; combinare(ut est sacrī

Lēgibus apertum) matrimonialiter.

Sed heu fortuna quæ domat mortalia

Ea noluit permettere, ac succensuit

Hodie maritus in oppido contra meum

Dromonem, & hęc mihi cura maxima omnium est

Negligo crumenam Greta, si uiuat Dromo,

O 11

A C T V S

Quid te attinet. tua interest, quasi diceret nō conuenit te immiscere ex
ternis negotiis, quae maritorum curæ cōmissæ sunt, quod quidē adeo uerū
est, q̄ si quid mali extraneis accidat, ut penes uirum culpa sit. Nam probā
mulierē ut alibi relatiū est omnibus quæ sunt intus dōminari oportet. Et cę
sareæ leges quoq; ne uirilib; officiis fungan̄ interdicū sc̄eminas, ut lege
re est in. ff. de postu. item ad sen. con. uelleia. & de reg. iur. Poeta uero nota
re uoluit muliebre ingeniū curiosum, gignitur autē curiositatis uitium
ubi in rebus cura maior fuerit q̄ oportet, & q̄ decet, aut de quibus mini-
me par est aut in quibus nihil necesse est negotiis. Hinc curiosi sunt odiosi
genus homīm, q̄ homines h̄i in inquirendis potius his uersantur, quæad se
nihil aut omnino parum spectant, aut multo minus conferant negotiis
peragendis. Quot uero modis eiuscemodi curiositas prodat Pīcūs iu-
nior ostēdit li. viii. ca. ii. de rerū pr̄enotione. Sed ne grāmatice ubi opus est
obliuiscamur. Priscianus de constructione scribit latīnos frēquentius dicere
ad illū attinet & illi. Plautus qd ad argumentū attinet in asinaria. Item Te
rētius in adelphis, quid ad illū attinet. Sed in captiuis ait. Nunc īā cultros
attinet, at ibi attinere significat tenere, quare h̄ic pr̄epositionem metri gra-
tia detractā puto. O Greta. de particula o satis diximus superius, hoc dū
taxat sc̄itu dignū adiicientes, q̄ sunt quædā dictiones cōmunes omnium
linguarum, quia a natura proficisciuntur. Nam ali dolentis totius specie hu-
manæ est, ob lachrymantis omnīū nationū. Ouocantis omnis linguae, sic
& animaliū. Nam apud iudæos passeres pipant, sicuti apud nos mugunt
boues, & apud perlas & apud gr̄ecos. Ahahhe ridentis tam chaldæorū
q̄ ægyptiorum. Balare est omnīū ouīū, & si quæ his similia. Nunq̄ igitur
passiones naturales sunt restringendæ ad aliquā linguā. Non em bene di-
ces o reperitur apud gr̄ecos uocantis uel gaudentis, ergo dictio gr̄eca
est, nisi intelligas gr̄ecam dictionem, quia apud gr̄ecos prius scriptum re-
peristi, sed h̄ec non est ualida ratio. Nam aridam pro terra nos reperimus
ut aridam fundauerū manus eius, attam̄ hebraea dictio est. Abram.
nomen filiæ. Pectusculō. a pectore, de quo & abunde in prima secundi
dictum est. Combinare. coniungere. Matrimonialiter. ritu & mo-
do matrimoniali, a quo adiectuō q̄ id ad quod matrimonium pertinet si-
gnificat deducūtum est. Est autē matrimonii legitima coniunctio maris &
sc̄eminae, indiuiduam uiræ cōsuetudinem retinens, diuini & humani iuris
communicatio. Fuit autē matrimonii causa instituendi triplex. Prīma est
causa prolis, de quo in genesi legi. Et benedixit eis dīcēs, crescite & multi-
plicamini & replete terram. Hinc Augustinus ait, Deus marem & feminā
propagandi generis causa nuptialē castitate coniunxit. Secunda uero ad
iutoriū causa, de qua ibidem etiam dicitur. Non est bonum hominem esse
solum faciamus ei adiutoriū simile sibi. Tertia deniq; incōtinētiā cau-
sa, unde dicit apostolus. Qui se non continent nubat. Eius quidem matrimo-
niū bona triplicia quoq; esse dicuntur, fides, proles, sacramētum, in fide at-

Attinet

Matrimo-
niū

tenditur ne post uinculum coniugale cum alio uel cum alia coeatur. In prole ut ad naturae conseruationem amator suscipiat, religiose educeat. In sacramento ut coniugii non separetur, matrimonii nanci significat christi despositionem cum ecclesia, quia nunquam dimisit, nec causa prolis alteri coniugat. Nam ut Augustinus ait sic non sunt facienda adulteria etiam uoluntate filios generandi quemadmodum nec furta uoluntate pauperes factos. Vt est Parethesis
